ORIGE. Vel qz dns q fuerat cum illis i nube diei et i co lumna ignis p noctem: nequaq̄z postea similiter apparuit illis. In esaia ergo iudaicus populus vinea noīatur: et com minatio patrisfamilias cōtra vineā fit. In euāgelio aūt vi nea non culpatur: sed eius coloni. sed forte in euangelio vi nea est regnum dei. i. doctria que scripturis iserta est scien tie: vita autem irreprehensibilis boīum: est vinee fructus. Littera aūt scripture est vince sepes circūpositā: vt non vi deantur ab his q foris sunt fructus q sunt i absconso. pfun ditas autem eloquij dei est vince torcular: i quod q profe cerūt de eloquijs dei infundūt studia sua quasi fructꝰ. Tur ris autez edificata ē verbū de ipso deo et de dispensationib⁹ christi. hanc vineā tradidit colonis. i. populo ante nos: tam sacerdotibus q̄z laycis: Et peregre profectꝰ ē ad suā profe ctionem dans occasionē colonis. Appropinquat aūt tempꝰ fructuū: et ꝑz vnūquēq̄z et generaliter populo vniuerso. Pri mū enīz vite tps ē ꝑm infantiam: et tūc nihil vinea oñdit: ni si tm̄ hns in se vitalem virtutē: cum aūt ceperit posse loqui tēpus est generationis. Quantum aūt pficit anima pueri et tantū vinea. i. verbū dei. et post profectū vinea operat fru ctū matuz charitatis et gaudij et pacis et huiusmodi. Sed et populo q acceperūt legem p moysen tēpus fructuū appro pinquat aliquādo. vnde sequit: Cū autē tps fruc. appropin quasset misit seruos suos ad agri. vt acci. fruc. eius. RA BA. Unde tps fructuū posuit nō prouentuum. nullus enīz est fructus populi contumacis. CHRY. in bo. Seruos dicit prophetas: qui offerūt quasi sacerdotes domini popu li fructus et obedientie oñsionem p opa. Pi aūt nō solū ma lītia potiti i non dādo fructū sed etiā i idignādo ad eos qui venerūt et sanguine manus impleuerūt. vnde sequit: Agri. app. ser. eiꝰ: ali. ceci. ali. occi. aliū vo lapi. HIERO. Lecide rūt qdē vt hieremiā: occiderūt esaiā: lapidauerūt: vt nabot et zachariā quē interfecerūt iter tēplū et altare. CHRY. sup matth. Per singulos aūt gradus malitie dei misericor dia addebat: et p singulos gradus diuine misericordie mali tie iudeoz crescebāt: et sic contra dei clemētiā malignitas humana certabat. vnde sequit. Iterum misit alios seruos plu. po. et fe. illis similiter. HYLA. Missi aūt plures po ribꝰ illud tempꝰ designat quo post singuloz pphetarū pre dicationē: plurimus simul numerus pphetātiū emissus ē.

RABA. Vel primi serui qui missi sunt: ipse legifer moy ses intelligit: et aaron primus sacerdos dei: quos cesos fla gello lingue vacuos emiserūt. alios aūt seruos pphetarum chorus intellige. HYLA. In filio aūt ad vltimum misso domini nostri aduentus significat. Segt enīz. Mo. aūt mi. ad eos fi. suū. CHRY. in bo. Quare aūt nō cōfestim mi sit: vt ex his q ad alios fecerant: seipsos accusarēt: et furoz dimittentes verecundarentur propter filium aduenientez vnde sequitur. Vere. fi. meū. CRHY. Punc autem mi sit non quasi ad obnoxios pene sniam baiulantem: sed peni tentie veniam misit eos profundere non punire. HIERO. Quod autem dicit: Vere. fi. meum. nō de ignorātia venit. Quid enim nesciat paterfamilias qui hoc loco deus in telligatur: sed semper ambigere deus dicitur vt libera vo luntas boī reseruet. CHRY. i bo. Vel hoc dicit annūci-

ans qd fieri debebat:qñ oportebat eos verecũdari: p hoc .n. vult ostendere peccatũ eoꝝ magnuꝫ ꝛ oĩ excusatõe ꝓua tũ. ORIGE. Uel illud quod ait: Verebũr filiũ meũ: videtur impletũ illis iudeis qui ĩtelligentes xp̃z crediderũt in eũ. Hoc aũt qõ sequit. Agricole aũt videntes filiũ: dixerunt ĩtra se:hic ẽ heres:venite occidamus euꝫ.i illis impletũ est:q videntes christum:ꝛ cognoscẽtes filium dei:nihilominus crucifixerunt eũ. HIERO. Interrogem⁹ Arriuꝫ ꝛ Eunomiũ:Ecce pater dñr ignorare.quicqd ꝓ patre respõderint:hoc intelligant de filio:q se dicit ignorare consumatõis diem. CHRY. sup matth. Dicũt autẽ quidam:quia post incarnatõem dictus est christus filius ex baptismo: sicut ceteri sancti:quos ex hoc loco ꝓuincit dñs. vbi dicitur: Mittam filiuꝫ meũ. Quãdo ergo adhuc cogitabat ad trãsmittendũ filiũ post ꝓphetas:iam filius erat:deide si eo modo dr filius sicut omnes sancti ad quos factũ est verbũ dei debuit ꝛ ꝓphetas dicere filios sicut ꝛ christũ:aut ꝛ xp̃z seruum dicere sicut ꝛ ceteros ꝓphetas. HIERO. Per hoc autem qõ dicũt: Hic est heres.manifeste dñs probat iudeorum ꝓncipes:nõ per ignorantiam:sed per inuidiaꝫ dei filiũ crucifixisse. Intellexerũt enim eũ esse illũ cui pater p ꝓphetam dicit:Postula a me ꝛ dabo tibi gentes hereditatẽ tuã. Hereditas qppe filio sancta ecclesia data est:quã non moriens pater illi reliquit:sed ipse sua morte mirabiliter acquisiuit. CHRY. super matth. Tamen postq̃ introiuit in tẽplũ:ꝛ vendentes animalia:que ad sacrificiũ pertinebãt: foras eiecit: tũc precipue cogitauerũt euꝫ occidere. vnde dicunt: Uenite occidamus eum: Dicebant enim intra se: Necesse est vt populus per istum dimittat consuetudinem hostiaꝝ que ad nostrum pertinent lucrum:ꝛ acquiescat offerre sacrificium iusticie quod ad gloriam pertineat dei: ꝛ sic iam non erit populus iste possessio nostra:sed dei. Si autem occiderimus eum:dum non est qui iusticie fructũ a populo querat:semper durabit cõsuetudo offerendarum hostiarum:ꝛ sic populus iste erit nostra possessio.ꝛ hoc ẽ quod sequitur:Et nostra erit hereditas:hec est cogitatio communis omnium sacerdotum carnaliũ:quinõ sunt solliciti quomodo viuat populus sine peccato:sed aspiciunt quid in ecclesia offeratur:ꝛ hoc estimant sacerdotij sui lucruꝫ. RABA. Uel hereditatem occiso eo ꝓripere moliebanr iudei: cũ fidem q̃ per eũ est extinguere:ꝛ suã magis que ex lege ẽ iusticiam preferre:ac gentibus imbuendis conabantur inserere. Sequitur: Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam ꝛ occiderunt. HYLA. Christus enim extra hierusalem tanq̃z extra vineam in sententiam damnatiõis abiectus est. ORIGE. Uel quod dicit:eiecerũt extra vineaz. tale mihi videtur. Quantũ ad se alienum eum esse iudicauerũt a vinea ꝛ colonis. Segtur: Cũ ergo venerit dominꝰ vinee quid faciet agricolis illis: HIERO. Interrogat quidem eos dominus:nõ q ignoret quid respõsuri sint:sed vt ꝓpria responsione damnentur. Sequitur: Aiũt illi: Malos male perdet: ꝛ vineam suam locabit alys agricolis.

CHRY. super matth. Quod autem vere responderunt non est illorum qui iuste iudicauerunt:sed ipsius cause: veritas enim ipsis violentiam fecit. ORIGE. Sicut enim cayphas:sic ꝛ isti nõ ex se prophetauerunt contra se:qñ tollenda ab eis erãt eloquia dei ꝛ danda gentibus fructum ĩ tempore daturis: vel dominus quem occiderunt statim venit resurgens a mortuis: ꝛ malos quidem colonos male perdit:alys autem colonis.i.apostolis vineam suam consignauit ideſt eis qui ex iudaico populo crediderunt.

AVGV. de con. euan. Marcus autem hoc ab ipsis non rñsum esse cõmemorat:sed dominũ hoc consequenter locutũ post interrogationẽ suã ipsum sibi quodãmodo rñdisse. Sed facile potest intelligi vel illoꝝ vocem ita subiectaz vt non ĩterponeretur:illi responderunt:sed tamen ĩtelligeretur:aut ideo rñsionẽ istam domino potius attributaz: qr cum verꝝ dixerũt:etiaz de illis hoc ipse respõdit q veritas ẽ. CHRY. ĩ ho. Uel nõ est contradictõis:ꝛ enĩ vtraq̃ facta sunt:qz.s.ꝛ ipsi ꝓmo hoc responderunt:ꝛ postea dominꝰ ĩtrauit. AVGV. de con. euã. Sed illud magis mouet q lucas nõ solum eos hoc respondisse nõ dicit:verꝝ etiã cõtraria rettulisse rñsionẽ. Ita enĩ narrat:Quo audito .s.hac sententia ex ore domini prolata dixerunt: Absit. Restat ergo vt intelligamus ĩ plebe que audiebat quosdam respõdisse quod mattheus commemorat: quosdam vero illud quod lucas dicit.i.absit. Nec moueat q⁹ mattheus ꝓncipes sacerdotum ꝛ seniores populi dixit accessisse ad dñm.ꝛ sic sine ĩterpositione alicuius persone sermo cõtexitur:vsq̃ ad hoc q⁹ de locata agricolis vinea commemoratur. Potest enim putari oĩa hec cum ꝓncipibus sacerdotum locutum fuisse: sed matthe⁹ brevitatis causa tacuit quod lucas nõ tacuit: parabolam.s. istam nõ ad eos solos dictam:q de potestate ĩterrogauerãt:sed ad plebem ĩ qua erant q dicerent: qdet illos:ꝛ vineã suam dabit alys:que vox recte etiam ipſi⁹ dormini fuisse ĩtelligitur:siue ꝓpter veritatẽ:siue ꝓpter membrorum eius cum suo capite vnitatem. Erant etiam qui talia respondentibus dicerent:Absit: quia intelligebãt cõtra seipsos parabolã esse dictam. CHRY. super matthe. Uel aliter. Lucas quidem ſm responsionem ozis eozũ narrauit. Mattheus ſm responsionem cozdis. naz vere visibiliter quidem in facie contradixerunt dicentes. Absit: In cõscientia aũt susceperũt dicentes. Malos male perdet: Sic cũ homo deprehẽsus fuerit in malo:verbis quidez excusat: intus autem eius conscientia recognoscit. CHRY. in ho. Uel aliter: Dominus propter hoc eis parabolam proposuit vt ipsi non intelligentes cõtra se sententiã proferrent:sicut ꝛ ad dauid factũ est per nathã.rursus aũt intelligentes que dicta sunt contra se esse dixerũt: Absit. RABA. Mozaliter autẽ cuiqz vinea locatur colenda cum baptismi mysterio datur:q⁹ operando exerceat. Mittitur seruus vnus alter ꝛ tertius cum lex psalmus prophetia legitur:quoꝝ monita bene operetur. Sed missus cedit ꝛ eycit: cũ sermo cõtenitur:vel quod peius ẽ:blasphematur: Veredẽ quãtũ ad se occidit qui filiũ dei cõculcauerit ꝛ spiritui gratie cõtumeliam fecerit. Perdito malo cultore vinea alij datur: cum donum gratie quod superbus spreuerit humilis accipit.

CHRY. sup matth. Deinde quasi non acquiescẽtibus illis testimoniũ scripture inducit. Sequitur enim:dicit illis ihesus. Nũquã legistis in scripturis: Lapidẽ quẽ reprobauerũt.ideſt si parabolam meã non intelligitis:vel istaz scripturaz cognoscatis. HIERO. Uarys aũt parabilis res cedit. conteruntur.quos enĩ supza operiarios ꝛ agricolas appellarat.nunc edificatozes ideſt cementarios vocat. CHRY. in ho. Lapidem autẽ christũ vocat:Edificatores autez doctozes iudeozum qui christũ reprobauerũt dicẽtes. Hic nõ est a deo. RABA. Sed illis nolentibus ideo lapis caput anguli firmauit qz de vtroq̃ populo:quotquot ipse voluit sua fide coniunxit. vnde sequit Hic factus ẽ in caput anguli. HYLA. Est enim caput anguli factus:quia ẽ inter leges ꝛ gentes lateris vtriusq̃ coniunctio. GHRY. in ho. Deinde vt discant quoniam nihil eozum que fiebant: deo contrarium erat.subdit:A domino factum est. ORIGE. Ideſt iste lapis donum est donatũ a deo edificio vniuerso: ꝛ admirabile caput in oculis nostris q possumus eũ videre oculis mentis. CHRY. super mattheum. Quasi diceret Quare non intelligitis in cuius edificij angulo ponendus est ille lapis:non in vestro quando reprobatus est:sed ĩ alio Si autem aliud edificiũ est futurũ:ergo vestra edificatio ẽ contemnenda. vnde subdit: Ideo dico vobis: qz auferetur a vobis regnum dei:ꝛ dabitur gentibus facientibus fructũ eius. ORIGE. Regnũ dei dicit mysteria regni dei.i.diui

nas scripturas quas tradidit dominus: ꝓmo qdē populo ili li ꝓzi cui credita sunt eloqa dei: secūdo autē gentib⁹ faciē tibus fructū: nemini enim datur verbū dei nisi faciēti fru ctū de eo: ⁊ nemini in quo peccatum regnat datur regnum dei: quomodo ergo illis datū est: a quo ⁊ ablatum est: Sed cōsidera quomodo quod dat intelligitur gratis datū. Qui bus ergo locauit nō omnino q̄si electis ⁊ fidelibus dedit. quib⁹ aūt donauit cū iudicio electōis donauit. CHRY. super matth. Lapis autem dicitur christus: non solum ꝓ pter firmitatem: sed etiam qa est inimicoꝝ magna confra ctio. vnde sequitur: Et qui ceciderit super lapidem istū ⁊c. HIERO. qui peccatoꝝ est ⁊ tamen in illum credit: cadit quidem super lapidem ⁊ confringit. sed non omnino conte ritur. Reseruatur enim per patientiam ad salutem: super quem vero ille ceciderit: hic est cui lapis ille irruerit: ⁊ qui christum penitus negauerit: sic conteret eū vt nec testa qui dem remaneat in qua hauriat aque pusillum. CHRY. super matthe. Aliud est enim confringi: ⁊ aliud comminui: de eo enim quod confringitur: aliquid remanet. quod autē comminuitur quasi in puluerem conuertitur. quod autem cadit ad lapidez non frangitur ꝑm q̄ est lapidis virtus: sed inquantuz fortiter cadit: aut ꝓpter pondus suuz: aut ꝓ pter altitudinē casus: sic ⁊ christianus peccans: non tantuz perit quantū potest perdere christ⁹: sed quantū ipse se per dit per opa sua: aut ꝓpter magnitudinem peccati: aut ꝓ pter altitudinem dignitatis. Infideles autem pereūt tan tū quantū potest eos perdere christ⁹. CHRY. in home. Ubi hic duas perditiones eoꝝ ostendit: vnā ab eo q̄ offen derūt ⁊ scandaliçati sunt: quam designat dicens: Qui ceci derit sup lapidē ⁊c. aliaz a captiuitate eis superuētura: quā manifestat dicens: Super quē vero ceciderit. AVGV. de q̄. euange. Uel de his dicit q cadent super eum qui illuz modo contemnūt vel iniurys afficiūt. Ideo nondū penit⁹ intereūt: sed tamen confringunt vt non recti ambulent su per quos cadet: dū veniat desuper in iudicio cū pena perdi tionis: Ideo dixit: Conteret eos: vt sint impy tanq̄ puluis quem ꝓiecit ventus a facie terre.

¶ Et cū audissent principes sacerdotum ⁊ pha risei parabolas eius: cognouerunt q̄ de ipsis di ceret. Et querētes eum tenere timuerūt turbas quoniam sicut ꝓphetam eum habebant.

HIERO. Quanuis duro corde iudei ꝓpter incredulitatez essent: tamen intelligebant contra se omnes domini sententias dirigi. vnde dicit: Et cū audissent ꝑnci. sacerdo. ⁊ pharisei. pabo. eius: cognouerunt q̄ de ipsis diceret. CHRY. super matthe. Hec est autem differentia bonoꝝ hominum ⁊ malorū. Bon⁹ enim comprehensus in peccato gemit qa pec cauit: malus aūt fremit: non qz peccauit: sed qz comprehen sus est in peccato: ⁊ nō solū penitentiam nō agit: sed magis aduersus corripientē irascit. vnde ⁊ isti comprehēsi: magis ad maliciam sunt excitati. Sequitur enī. Et querentes te nere eū timuerūt turbas: quoniaz sicut ꝓphetaz eum ha bebant. ORIGE. Sapiūt qdez aliquid de eo qō vez est ꝓphetaz eum estimantes: non aūt magnitudinez ei⁹ intel ligūt ꝓz quod erat fili⁹ dei. Turbas aūt sic sapientes de eo: ⁊ paratas ꝓ eo pugnare timēt ꝓncipes: neqz. n. ad eoꝝ sciē tiam ptingere possunt: nihil dignū sentientes de eo. Deide sciendū est: quoniā volentiū ieiuz tenere differentia ē. Ali ter enim ꝓncipes ⁊ pharisei q̄rebant eū tenere: aliter spon sa q̄ dicit: Tenui eum: nec dimittam. adhuc eum tentura melius sicut dicit: Ascendam in palmam ⁊ tenebo altitudi nez eius. Omnes enim nō recte sapientes de diuinitate te nere volūt iesum ⁊ pdere eū. Et alia qdem verba ꝓter ver bum christi possibile est comprehendere ⁊ tenere. Uerbū aūt veritatis nemo potest cōprehendere. i. intelligere neq; tenere. i. quincere: neq; separare a sensu credētiū neq; mor tificare. i. destruere. CHRY. sup matthe. Dis etiam ho mo mal⁹ q̄ztū ad voluntatē suā ⁊ man⁹ mittit in deū ⁊ occi dit eū. Qui enim ꝓcepta dei cōculcat: q murmurat cōtra deū: ⁊ turbato vultu aspicit celū: nōne si fieri potuisset ma nus mitteret i deum ⁊ occideret eū: vt iā licēter peccaret:

RABA. Sz tñ q̄ timēt mittere manū i iesuz ꝓp turbaz quotidie i ecclesia gerit: cū qlibz solo noīe frater fidei ⁊ pa cis vnitatē quā nō diligit: ꝓp bonos cohabitātes vl erube scit ipugnare vel timet. CA. XXII.

ET respōdēs iesus dixit iterū in parabolis eis dicēs. Simile factum ē regnū celoꝝ hoi regi: q fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: ⁊ nolebāt venire. Iterū misit alios ꝓuos dicēs: Dicite inuitatis: Ecce prandiū meū parauī: tauri mei ⁊ altilia occisa sūt: ⁊ oia parata: vēite ad nuptias. Illi aūt neglexerūt: ⁊ abierūt: ali⁹ in villā suā: alius vero ad negociationē suā. Reliq vero tenuerūt seruos eius: ⁊ ꝓtumelijs affectos occiderūt. Rex aūt cū audisset iratus ē: ⁊ missis exercitibus suis pdidit homicidas illos ⁊ ciuitatē illoꝝ succē dit. Tūc ait ꝓuis suis: Nuptie qdē parate sūt: ꝟz q inuitati erāt nō fuerūt digni. Ite ergo ad exitus vi arū ⁊ quoscunq; inueneritis vocate ad nuptias Et egressi ꝓui eius i vias ꝓgregauerūt oēs quos inuenerūt malos ⁊ bonos: ⁊ iplete sūt nuptie di scūbentiū. Intrauit autem Rex vt videret discūbentes:: ⁊ vidit ibi hoiem nō vestitum veste nuptiali: Et ait illi: Amice qūo huc itrasti ñ hns vestē nuptialē. At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris: Ligatis mānibus ⁊ pedibus eius mittite eū i tenebras exteriores: ibi erat fletus ⁊ stridor dētiū. Multi autem sunt vocati: pauci vero electi.

CHRY. in ho. Quia dixerat: Dabit gēti faciēti fructus eius: hic ostēdit cui genti. vnde dicitur. Et respondens ihs dixit iterum in parabolis eis dicens: Simile fac. ē regnū celoꝝ ⁊c. GLO. dicit aūt Rūdens: idest obuians prauе cogitationi eoꝝ de morte sua. AVGV. de con. euan. ꝓ parabolā aūt istaz solus matthеus narrat: simile quidem etiā lucas commemorat: sed nō est hoc: sicut ⁊ ipse ordo indicat

GREGO. in ho. Dic p nuptias pñs ecclesia: illic per cenam eternum ⁊ vltimū conuiuiuz designat: qz ⁊ in hanc nō nulli exituri intrāt: ad illud qsquis semel intrauerit vlteri⁹ non exibit. At siquis forte contendat hanc eandem esse lectionem: intelligi forsitā potest: quia de ꝓiecto eo q cū nuptiali veste non intrauerat: quod lucas tacuit Matthеus dixit. q̄ vero per illum cenа: per hunc autem prandium dicit nequaq; obsistit: quia cum ad horam nonam apō antiquos prandium fieret quotidie ipsum quoq; prandium cena vocabatur. ORIGE. Regnum autem celoꝝ simile ē ꝑm eum quidem qui regnat homini regi: ꝑm cum autem qui cō regnat filio regis: ꝑm ea vero que sunt in regno regis: seruis ⁊ inuitatis ad nuptias: inter quos est ⁊ exercitus regis. Additum est autem homini regi: vt hominibus quasi homo loquatur: ⁊ dispensat homines non cupientes dispensari a deo. Sed tunc cessabit regnum celoꝝ esse simile homini cum cessante çelo ⁊ cōtentione ⁊ ceteris passionibus ⁊ peccatis cessauerimus ꝑm hominem ambulare: ⁊ videbimus

eum sicuti est: Nunc.n. videmus eum non sicuti est: sed sicuti p nrāz dispēsationē factꝰ fuerit nob. GREGO. i ho. Tūc aūt deus pr̄ deo filio nuptias fecit qñ bunc i vtero virginis hūane nāe cōiunxit. Ez qz ex duabus psonis fieri solet nuptiaꝝ cōiunctio: absit hoc ab intellectibꝰ nr̄is: vt psonā redēptōis nr̄i ex duabꝰ psonis credamus eē vnitā. Ex duabꝰ qppe atqꝫ i duabꝰ hūc naturis existere dicimus: ꝫ ex duabꝰ psonis credere ꝓpositū vt nephas vitamꝰ. Securiꝰ ergo dici pōt: qz i hoc rex pr̄ regi filio nuptias fecit: qꝫ ei p incarnatōis mysteriū scām ecclīaz sociauit. Uterus aūt genitricis virginis hꝰ spōsi thalamus fuit. CHRY. sup mat. Uel aliter: Cū resurrectio fuerit facta sāctoꝝ tūc suscipiet hoiez vita q̄ ē xp̄s: mortalitatē eiꝰ sua mōtalitate absorbēs. Nūc.n. q̄si arras futuri ꝺiugy spūmscīn accipimꝰ: tunc aūt ipꝫ xp̄m plenius in nob habebimꝰ. ORIGE. Uel cōiunctionē spōsi ad sponsam. i. xp̄i ad aiam vbi susceptionē intelige: partus āt opa bona. HYLA. Merito aūt a pr̄e iam sunt he nuptie facte: qz eternitatis huiꝰ societas: z noui cozporis despōsata cōiūctio habeī iā pfecta i xp̄o. Sequit̄: Et misit ꝯuos suos vocare ꝯuitatos ad nuptias: z noluerūt vēire. CHRY. sup mat. Ergo qñ misit seruos suos iā ꝯuitati pus erāt. Inuitati sūt.n. hoies a tpe abzae cui xp̄i icarnatio ꝓmittebat̄. HIERO. Misit āt seruū suū: necdubiū qn moysen p quē legē ꝯuitatis ōdit. Si āt seruos legerimꝰ: vt pluraqꝫ hūt exēplaria: ad ꝓphetas referēduz ē qz ꝯuitati p eos venire cōtēpserūt. Sequit̄: Iterꝫ misit alios seruos dicēs: Dicite ꝯuitatis: Serui q scōo missi sunt melꝰ ē vt ꝓphete itelligant̄ q̄ apl̄i: ita tñ si ꝯuꝰ supza fuerit scriptꝰ: sinaūt seruos ibidem legas: hic ꝯui secundi apl̄i sunt intelligendi.

CHRY. sup mat. Quos misit cū eis dixit: In viā gētiuz ne abieritis: sed potius ite ad oues perditas domus israel. ORIGE. Uel q ꝑmo mittunt̄ ꝯui vocare ꝯuitatos ad nuptias: hñt̄ ꝓpl̄e cōuertētes ex ppl̄o p suas ꝓphetias ad leticiā z restitutōez eccl̄e ad xp̄z. Qui āt noluerūt vēire i ꝑmis ꝯuitati: sunt q noluerunt audire vba ꝓphetaꝝ. Iterum alij transmissi: alia congregatio prophetarum est. HYLA. Uel ꝯui ꝑmo missi q ꝯuitatos vocarēt apostoli sunt: q āt admonēt̄ vt veniāt ꝯuitati antea: populus israel est. i gl̄am. n. eternitatis p legē ē aduocatꝰ. Apostoloꝝ ḡ erat ꝓpriū commonefacere eos quos inuitauerant ꝓphete. Qui vero iterū cū ꝓceptoꝝ cōditōe mittunt̄ apl̄ici viri sunt successozes eoꝝ. GREGO. Ez qz bi q ꝑus ꝯuitati sūt ad nuptiaꝝ cōuiuiū vēire noluerūt: i scōa ꝯuitatōe iā dr̄: Ecce prādiū meū paraui. HIERO. Prādiū patū z tauri z altilia occisa vel p methaphoꝛā opes regie describunt̄ vt ex carnalibꝰ itelligāt̄ spūalia: vl̄ certe dogmatū magnitudo z doctrīa ōi lege plenissima sentiri pōt. CHRY. sup mat. Cū ḡ dñs apl̄is dixit: Ēūtes ꝑdicate dicētes: qz appzopīquauit regnuz celorū: hoc significauit qō hic dr̄. Prādiū meū paraui. i. ex lege z ꝓphetis scripturaꝝ mēsas ornaui. vnde seqt̄. Tauri mei z altilia occisa sunt. GREGO. i ho. Per tauros aūt pres veteris testamēti figurant̄: q ex pmissione legis ūimicos suos vtutis cozpee: cornu feriebāt. Altilia vo sagīata dicimꝰ: ab eo enī q ē alere altilia: q̄si alitilia: vel q̄si alita vocamꝰ. Per altilia ḡ pres noui testamēti figurāt̄: q dū grāz pīguedinis īterne dulcedinis ꝓcipiūt aterrenis desideryꝭ ad sublimia ꝓtēplatōis sue pēna subleuant̄. Dic̄ ergo. Tauri mei z altilia occisa sunt, ac si. ꝺ. Patꝝ ꝓcedētiū moztes aspicite z remedia vite vēre cogitate. CHRY. sup mat. Uel alr̄. Ꝛō dic̄: Et saginata z tauros: nō qz z tauri nō fuerīt saginati: ꝫ qz nō oēs saginati fuerūt tauri: ḡ saginata tñmō dic̄ ꝓphetas q fuerūt spūsēō repleti: tauros āt q ꝓphete fuerūt z sacerdotes: sicut hieremias z ezechiel. vt. n. tauri duces sunt gregis: ita z sacerdotes ꝓncipes sunt populi. HYLA. Ul alr̄: Tauri gloziosa martyꝝ spēs est q cōfessiōi dei tanq̄ hostia electa sunt īmolati. Saginata vero sunt homines spūales tanq̄ celesti pane ad euolandū aues paste: ceteros accepti cibi vbertate expleture. GREGO. Notandū vo q i poze ꝯuitatōe nil de tauris z altilibꝰ dr̄. In secūda aūt iam tauri z altilia mactata memozant̄: qz oīpotēs deus cū vba eius audire nolumus adiungit exēpla: vt omne quod ipsibile credimus tanto nob ad sperandū fiat facilius quanto p hoc transisse z alios audimus. ORIGE. Uel qz pādium quod paratur est elogium dei: fortia queq̄ elogozum dei tauri ītelligantur: suauia vero z delectabilia eozuz saginata. Sigs. n. ꝓferat quedam dicta modica z non firma: z non magnaz virtutē rōnis habētia: vidētur macra eē que ꝓferuntur. Saginata autez sunt cū ad vnāquāq̄ ꝓpositōem exempla multa rōnis probatōe repleta īducunt: puta si aliquis de castitate sermonem logtur: recte itelligitur turtur. Sed cum ipsum sanctitatis sermonē cuz ratōis ꝓbatōe de scripturis repletum protulerit: ita vt delectet z confirmet animū audiētis ꝓtulit eū saginatū. CHRY. sup matth. Quod autem dr̄: Et omnia parata sunt: intelligitur quia quicquid queritur ad salutem: iam adimpletuz est in scripturis. Qui enim ignozās est inuenit ibi quod discat. Qui contumax est: inuenit ibi quod timeat: qui laborat inuenit ibi ꝓmissa: qbꝰ excitet̄ ad opꝰ. GLO. Uel oīa parata sunt: introitus regni paratus est per fidem mee īcarnationis qui ante fuerat clausus. CHRY. super matthe. Uel omnia parata dicit que ptinent ad mysteriū dñice passionis z nostre redēptiōis. Dicit aūt: Uenite ad nuptias nō pedibꝰ sed fide z mozibꝰ. Sequit̄. Illi aūt neglexerūt. Quā āt re neglexerint manifestat cū subdit̄. Et abierūt: alius in villam suaz: alius vero ad negociationē suā. CHRY. in ho. Quāuis aūt videant̄ rationabiles occasiones esse: sed hinc discimus etiaz si necessaria sunt que detinent: omnibꝰ tamē ꝓponere spiritualia oportet: Nibi aūt videt̄ q̄ bis occasionibꝰ vsi negligētie velanima ꝓponebāt. HYLA. Ambitione enīz seculi tanq̄ villa hoies occupant̄: plures vero ꝓpter pecunie cupiditatē negociatione detinentur.

CHRY. sup matthe. Uel aliter: Cū laboze manuū nraꝝ aliquid facimꝰ: puta exercētes agrū vel vineā aut opus liuz nr̄aꝝ alia lucra sequimur: totū hoc negociatio appellat̄. O miserrimꝰ mūdus z miseri q eū sequunt̄: Semp. n. mundialia opa hoies excluserūt a vita. GREGO. Qui ergo ītentus laboꝛi terreno: vel mūdi actionibꝰ dedit̄ mysteriū īcarnatiōis dñice pensare: z pm illud viuere dissimulat q̄si ad villā vel negociū pergēs: venire ad regias nuptias recusat. z plerunqꝫ qꝫ est grauiꝰ nōnulli vocati: gratiā nō solū respuūt: sed etiā psequunt̄. vnde subdit̄: Reliq vero ten. ser. eiꝰ z ꝓtu. affe. z occiderūt. CRHY. sup mat. Ul ꝑ occupationē ville populares iudeoꝝ significat quos mūdi ōlectatio sepauit a xp̄o. Per occupationē vo negociatiōis sacerdotes ceteroscq̄ mīstros tēpli significauit quos lucri obtutu vēietes ad misteriū legis z tēpli auaritia sepauit a fide. quibus nō dixit qꝫ malignati sūt: sed neglexerūt. g eni odio aut inuidia crucifixerūt xp̄m: illi malignati sunt: g aute negocys ipediti ñ crediderūt: illi neglexisse dicūt ñ maligna ti. De sua tñ morte dñs tacet: qz i pozi pabola dixerat: ꝫ oīs dit mortē discipuloꝝ suoꝝ quos pꝰ ascēsuz ipsius occiderūt iudei: Stephanū lapidātes z Jacobū alphei occidentes: ꝑ pter q̄ hierusalē destructa est a romāis. Et notādū qꝫ ira in deo non ꝓprie sed translatiue dr̄. Tūc eniz irasci dicit̄ qñ vlciscit̄. vñ z hic dicit̄. Rex aūt cū audirat̄ est. HIERO. Qñ inuitabat ad nuptias z agebat opera clemētie: hoīs nomē appositū est. nūc āt qñ ad vltionē vēit: hō fileī z rex tñ dicit̄. ORIGE. Dicāt aūt q peccāt in deū legis z ꝓphetarū z totius creatiōis vtrū iste q z homo dicitur z iratus ꝓponitur. ipse est pater christi: qꝫ si dixerint hunc ipsum esse cogendi sunt confiteri quoniam multa in eo fm pas-

fibilē hominū naturā esse dicunt: nō qz ipse passibilis est: sz qz morē gerit passibilis nature hominū. Et sm hāc cōsequē tiā suscipere cōuenit z irā dei z pnias z cetera huiusmodi in prophetis. Sequit: Et missis exercitibus romanos intelligim⁹ sub duce vespasiano z tito: qui occisis iudee populis preuaricatricē incenderūt ciuitatē. CHRY. sup matth. Roman⁹ aūt exercit⁹: dicit exercit⁹ dei: qz dñi est terra z plenitudo eius: nec etiā venissent romani hierusalē: nisi eos dñs excitasset. ORIGE. Ul an gelox agmina sunt exercit⁹ regis nostri. missis ergo exercitib⁹ extinxisse homicidas dr: qz in hoīb⁹ oē iudiciuz per angelos exerceat. Homicidas ergo pdit: quia psequētes interimit. Ciuitatē eox igni succēdit: qz illozuz nō solū aie: sed carō quoqz in qua habi tauerant eterna gehēne flāma cruciatur. ORIGE. Uel ciuitas impiox est sm vnūquodqz domā congregatio eox q nouiūt in sapiētia pncipū huius seculi quā succēdit rex z exterminat q̄si ex malis edificationib⁹ cōsistentē. GREGO. Sed his q inuitātez se ptēni spiē: filij sui nuptias vacuas nō hēbit. quēqz eni sermo dei inuenerit. ORIGE. Idest aplis aut angelis q ppositi erāt in vocatione gētiū. Nuptie qdē parate sūt. REMI. Idest oē sacramētū būane dispēsatiōis iā pactū atqz cōpletū ē. Sed q in uitati erāt. i. iudei nō fuerūt digni: qz dei iusticiā ignorātes z suaz statuere volētes idignos se iudicauerūt eterne vite: Reprobato ergo iudaico pplo ad has nuptias gentilis populus est suscept⁹. vñ segt: Ite ergo ad exi. viarū: z quoscunqz inueneritis vocate ad nuptias. HIERO. Hētiliū. n. gentiliū. CHRY. sup matth. Uel vie sūt oēs pfessiones huius mūdi: vtputa phie militie z huiusmodi. Dicit ergo: Ite ad exitus viax vt cuiuslibet ꝺditiōis hoies vocent ad fidē: adhuc sicut castitas via est q̄ ducit ad deū: sic fornicatio via est que ducit ad diabolū: z sic de alys vtutib⁹ z vitys. Iubet ergo vt cuiuscūqz ꝺuersatōis vl ꝺditōis hoies īuitēt ad fidē. HYLA. Per viā etiā tēp⁹ seculi intelligēdū est atqz iō ad exit⁹ viax iubent ire: qz oibus retroacta donant. GREGO. Uel aliter in scriptura sacra vias actiōes accipim⁹. Exit⁹ viarū itelligim⁹ defect⁹ actionū: qz illi plerūqz facile ad deū veniūt quos i terrenis actiōib⁹ pspa nulla comitant. ORI. Ul aliter. Puto hāc pmā vocatiōez fuisse ad nuptias aliqx igēax aiax. Principalr. n. ōs vlt vēire ad epulatōez diuini eloquy: eos q ad itelligēdū sūt igēiosiozes z q̄ñ hō sunt nolūt ad istā vocatiōez venire: transmittunt alij sui puocātes eos z pmittētes q si venerit: pcipiēt prā diū patū a rege. Sicut. n. n corpalib⁹ alia ē q̄ nubit sponsa. alij iuitatozes. alij q iuitāt ad nuptias: sic de⁹ scit diuersos ozdines: aiarū: earūqz virtutes z cās: ob q̄s hi qdē in cōstitutiōe spōse accipiūtur: alij in ordie suox vocātiū: alij i numero iuitatox ad nuptias. Sz q principaliter qdē fuerāt in uitati primos iuitatozes q̄si pauper sensu neglexerūt z abierūt sua sequētes: in qb⁹ magis sūt delectati: q̄z in his q̄ rex pferuos suos pmittebat: sz hi leuiozes sūt: his q seruis trās missis iniuriant z interficiūt: q. s. pparatiōe ꝺtēcioso x vbox auſi sūt tenuisse suos missos q nō sūt pparati ad soluēdas qōnes eox vsitas z ꝺtumelys afficiunt vel interficiunt ab eis. Segt. Et egressi sui ei⁹ in vias cōgregauerūt oēs quos inue. ma. z bonos. ORIGE. Egrediētes serui siue de iudea z bierlm aplī xpi: siue ab iteriozib⁹ angeli sancti: z venientes ad vias diuersas diuersox mox congregauerūt quoscūqz inuenerunt. Et non curant vtrū aliqñ ante vocationem mali fuerint aut boni. bonos autē intelligere hic simpliciter cōuenit humiliozes z rectiozes ex eis qui veniebāt ad cultum dei: quibus cōueniebat qō apls ait. Cum gentes q̄ legē nō hāt: ea q̄ legis sunt faciūt ipsi sibi sunt lex. HIERO. Inter ipsos. n. gentiles infinita est diuersitas: cuz alios sciam⁹ eē pclniozes ad vitia. alios ad honestatē moruz virtutib⁹ deditos. GREGO. Uel hoc dicit: qz in hac ecclesia nec mali sine bonis: nec boni sine malis eē pñt: bon⁹ aūt non fuit q malos tolerare recusauit. Segtur: Et iplete sūt nuptie discūbētiū. ORIGE. Nuptie. s. xpi z ecclesie sūt iplete. dū restituti deo q̄ ab aplis sūt iuēti recubuerunt ad epulādū in nuptys: sz qñ bonos z malos oportuit qdez vocari: nō āt vt mali pmanerēt mali: sz vt deponerēt vestimēta ꝺria nuptys z iduerēt uuptialia idumenta. s. viscera misericordie benignitatis zc. Jō rex egredit vt videat discūbētes priusquā opponat eis prādiū vt retineat hūtes nuptialia vestimēta z delectet: cōdēnetqz ꝺrios. vñ segt. Intrauit aūt rex vt videret discūbentes. CHRY. sup mat. Nō qz alicubi ipse nō ē: sz vbi vult p iudiciū aspicere: ibi dr pens: vbi āt nō vult: absens vr. Dies āt aspectiōis est dies iudicy: qñ visitatur⁹ ē christianos: qui sup mēsaz scriptura rū recūbūt. ORIGE. Ingrediēs āt iuēit quēdā q nō mutauerat pprios mores. vñ segt. Et vidit ibi hoiez nō vestitū veste nuptiali. Sigulariter dixit: qz vni⁹ sūt generis oēs q fuāt malitiā p⁹ fidē quā habuerāt añ fidē. GREGO. Quid āt debem⁹ itelligere p nuptialē vestē: nisi charitatē: qz hāc in se dñs habuit: dū ad sociāde sibi ecclesie nuptias veniret. Intrat ergo ad nuptias: sz sine veste nuptiali: q in ecclesia fidē hz: sz charitatē nō hz. AVGV. Jō faustū: Ul sine veste nuptiali nuptias adit q̄rit ibi gloriā: nō spōsi sz suā. HILA. Uel vestis nuptialis ē gratia spiritussancti z cādor habit⁹ celestis q bone iterrogatiōis cōfessiōe susceptus vsqz in cetū regni celox imaculat⁹ z iteger ē reseruādus. HIERO. Uel vestis nuptialis pcepta sūt dñi: z opera que complent ex lege z euangelio nouiqz hominis efficiunt vestimentum quod qui in die iudicy iuēt⁹ fuerit sub nomine christiano nō habere: statiz corripitur: vnde sequitur. Et ait illi: Amice quomodo huc intrasti nō habens vestem nuptialem? Amicum vocat: qz est inuitat⁹ ad nuptias quasi sit amicus per fidem: Arguit autez imprudētie q̄ veste sordida mundicias polluerit nuptiales. ORIGE. Et q̄ñ qui peccat z non induit dñm iesum xpm: nō hz excusationē aliquā. iō segtur: At ille obmutuit. HIERO. In tēpore eni illo nō erit locus iprudentie: nec negandi facultas cum omnes angeli z mundus ipse testes sint peccatox

GREGO. Nō aūt solū reiectus est a nuptys qui iniuriā nuptys fecit: sed adhuc a ministris regis super vincula cōstitutis ligatus incessiōe qua non est vsus ad bonum: z apō hensoria virtute qua nullum opus ad bonum impleuit: cōdemnatus est in loco ab omni lumine alieno qui vocātur tenebre exteriores. vnde sequitur. Tūc rex dixit ministris Liga. ma. z pe. mit. eum in tene. exteriores. GREGO. Ligātur tunc pedes z manus per districtionem smie: q modo a prauis operib⁹ ligari noluerūt per meliorationē vite: vel tūc ligat pena quos modo a bonis operibus ligauit culpa. AVGV. xi. de tri. Prauarum vero atqz distorta rū volūtatū iplicatio vinculū est quo alligat qui hoc ait: Ut proiciat in tenebras exteriores. GREGO. Interiores āt tenebras dicim⁹ cecitatē cordis: exteriores vo tenebras eternā noctē dānatiōis. CHRY. sup mat. Uel per hoc designatur dria tormētorum in pctoribus. Sunt. n. prime tenebre exteriores: interiores aūt minores: z nouissima loci. Segtur. Ibi erit fletus z stridor dentiū. HIERO. In fletu oculox z stridore dētiū per methaphorā membrorū corporaliū: magnitudo oñdit tormētox. Man⁹ quoqz ligatas z pedes: fletū oculox z stridorē dētiū. ad cōprobā dā resurrectionis itellige veritatē. GREGO. Ut illic dētes strideant qui de edacitate gaudebāt: illic oculi deflean qui h⁹ per illicitas cōcupiscētias versabantur. quatenus singula mēbra supplicio subiaceant que hic singulis gbusqz vitys subiecta fuiebāt. HIERO. Et qz iōuiuio nupti

ali nõ initiũ ſz finis queritur: Subditur. Multi eniz ſũt vocati pauci vero electi. HYLA. In inuitãte enim ſine exceptione publice bonitatis humanitas ẽ: in inuitatis vero vel vocatis õ iudicio meritoꝝ ꝓbitatis electio ẽ. GREGO. Nõnulli enĩ bona nec incipiũt: nõnulli vero in bonis q̃ icepũt minime ꝓſiſtũt. Tanto ergo ſibi vnuſqſq; ſollicite metuat: q̃to ignorat q̃ reſtãt. CHRY. ſup matth̃. Uel aliter Quotiẽs deus tẽtat eccleſiã ſuaz ingredit ad eã vt videat diſcũbentes: ⁊ ſi inuenerit aliquẽ nõ habẽtez veſtẽ nuptialẽ interrogat eũ vtqd factꝰ es chriſtianꝰ ſi hec opa diligebas: Talẽ ergo xps tradit miniſtris ſuis. i. aligbꝰ magiſtris ſeductionis. ⁊ ligant manus eius. i. opa. ⁊ pedes. i. motꝰ aĩe: ⁊ mittunt euz in tenebras. i. ĩ errores vel gentiũ vel iudeoꝝ vel hereſim. propinquores enĩ ſunt tenebre gentiliũ: quia veritatẽ ſpernũt quã nõ audierũt: ſed exteriores iudeoꝝ q̃ audierũt: ſed non crediderunt: ſed magis exteriores hereticoruz qui audierunt ⁊ didicerunt.

¶ Tũc abeũtes phariſei ꝓſiliũ inierũt vt capent eũ ĩ ſmõe. Et mittũt ei diſcipulos ſuos cũ herodianis dicẽtes. Magiſter: ſcimus qz verax es ⁊ viã dei ĩ veritate doces: ⁊ nõ ẽ tibi cura de aliquo. Non enĩ reſpicis ꝓſonã hoĩnz. Dic ergo nob qd tibi videtur: Licz cẽſuz dari ceſari an nõ: Cognita aũt ieſus neqtia eoꝝ ait. Quid me tẽtatis hypocrite: Oſtẽdite mihi nũmiſma cẽſus. at illi obtulerũt ei denariũ. ⁊ ait illis ieſus: Cuius ẽ imago hec ⁊ ſuꝑſcriptio: Dicũt ei: Ceſaris. Tũc ait illis: Reddite ergo q̃ ſũt ceſaris ceſari: ⁊ q̃ ſũt dei deo. Et audientes mirati ſunt: ⁊ relicto eo abierunt.

CHRY. ſuper matheũ. Sicut ſi aliqs claudere voluerit aque currentis meatuz ſi excluſa fuerit per aliquã violẽtiã: aliunde ſibi ſemitã querit: ſic iudeoꝝ malignitas ex vna parte ꝓfuſa. aliũ ſibi aditũ adinuenit. vñ dr. Tunc abeũ. pha. ꝓſili. inie. vt ca. eũ in ſermõe. Abierũt iquã ad herodianos Quale ꝓſiliũ: tales ⁊ cõſiliatores. ⁊ iõ ſeqr. Et mittũt ei diſcipu. ſu. cũ herodianis. GLO. Tanq̃ ignotis vt facilĩ⁹ deciperent ⁊ p eos illũ caperent: cũ timẽtes turbã hoc p ſe non ꝓſumerẽt facere. HIERO. Nup qdẽ ſub ceſare augu. iudea ſubiecta romãis: qñ ĩ toto orbe ẽ celebrata õſcriptio ſtipẽdiaria fcã fuerat. Et erat ĩ pplo magna ſeditio: dicẽtib⁹ alis ꝓ ſecuritate ⁊ gete q̃ romãi ꝓ oĩb⁹ militarẽt: õbere tributa ꝓſolui. Phariſeis vo q ſibi applaudebãt ĩ iuſticia: e ꝛrionitẽtib⁹ ñ dẽre populũ dei q õcias ſolueret. ⁊ ꝓmitias daret: ⁊ cetera q̃ in lege ſcripta ſũt: bũanis legib⁹ ſubiacere. Ceſar aũt auguſtꝰ herodẽ filiũ antipatris alienigenã ⁊ ꝓſelitũ regẽ iudeis ꝓſtituerat: q tributis ꝑeſſet ⁊ romano pareret imperio: Mittũt igiť phariſei diſcipulos ſuos cũ herodianis ideſt militib⁹ herodis. ſeu quos illudẽtes phariſei: qz romanis tributa ſoluebãt: herodianos vocabãt: ⁊ nõ diuino cultui deditos. CHRY. in ho. Propter hoc ãt ſuos diſcipulos ⁊ herodis milites ſimul mittũt: vt quodcũq; dixerit reprehẽdať. cupiebãt. n. magis aduerſuz herodiãos eũ aliqd dicere. qz. n. eũ detinere timebãt pp turbas: voluerũt ei piculum ĩmittere ex hoc q̃ eſſet publicis tributis obnoxius. CHRY. ſup matth̃. Dec ẽ aũt hypocritaꝝ prĩa ſimulatio: qz laudãt quos pdere volũt. Et iõ in laudẽ ꝓpũpũt dicẽtes. Magiſter ſcimꝰ qz verax es: Magiſtrũ eũ vocãt vt q̃ſi honorat⁹ ⁊ laudatꝰ myſteriũ ſui cordis ſimplr eis apiat tanq̃ volẽs eos hẽre diſcipulos. GLO. Tripliciter aũt ꝓtingit aliquẽ veritatẽ ñ docere. Prĩo ex pte ipſiꝰ docẽtis: qz. ſ. vitatẽ vl nõ nouit: vel nõ amat. ⁊ ꝛ hoc dicũt. Scimꝰ qz verax es. Scõo ex parte dei: cuiꝰ timore poſtpoſito qdã vitatẽ de deo quã nouerũt: nõ pure ãnũciãt. ⁊ ꝛ hoc dicũt. Et viã dei in vitate doces. Tertio ex pte ꝓximi: ex cuiꝰ timore vel amore aligs vitatẽ tacet. ⁊ ad hoc excludẽdũ dicũt. Et non eſt tibi cura de aliquo. ſ. hoĩe: nõ. n. reſpicis ꝓſonam hoĩum.

CHRY. in ho. Hoc de herode ⁊ ceſare occulte inſinuabãt. HIERO. Blãda qdẽ ⁊ fraudulẽta iterrogatio illuc ꝓuocat rñdẽtẽ vt magis deũ q̃ ceſarẽ timeat. vñ dñr. Dic ergo nobis qd tibi vi. li. cẽſuz dari ceſari an nõ: Ut ſi dicat nõ dẽre tributa ſolum: ſtatĩ audiẽtes herodiãi: ſeditiõis reũ ꝛ romanũ ꝓncipẽ eũ teneãt. CHRY. ĩ ho. Quia. n. ſciebãt q̃ qdã bãc diſcordiã meditãtes occiſi erãt: volebãt ⁊ ipſius ꝓmones hos in talẽ ſuſpitionẽ ĩmittere. Segr. Cognita ãt ie. neq. eoꝝ ait. Quid me tẽta. hypocrite: CHRY. ſup matth̃. Nõ ſm ſmones eoꝝ pacificos blãde rñdit: ſed ſm cõſciẽtiã eoꝝ crudelẽ aſpa dixit: qz deꝰ volũtatib⁹ rñdet: nõ vbis. HIERO. Prĩa ergo vt ẽ rñdẽtis: iterrogãtiũ mentes cognoſcere: ⁊ nõ diſcipulos ſz tẽtatores vocare. hypocrita ergo vocať q̃ aliud eſt ⁊ aliud ſimulat. CHRY. ſuper matth̃. Dicit ergo eis hypocrite: vt ꝛſiderãtes cũ bũanoꝝ cordiũ cognitorẽ qõ facere cogitabãt pficere nõ auderent Unde q̃ q̃ phariſei blãdiebãt vt pderẽt: ſz ieſus eos ꝓfude bat vt ſaluaret: qz vtilioꝝ ẽ hoĩ deꝰ irat⁹ q̃ hõ ppiti⁹. HIERO. Sapientia. n. ſp ſapiẽter egit: vt ſuis potiſſimũ tẽtatores ſmonib⁹ ꝓfutent. Et iõ ſequit. Oſtẽdite mihi nũmiſma cẽſus. At illi obtulerũt ei denariũ. Hoc genꝰ nũmi ẽ qõ procẽ nũmis cõputabať: ⁊ hẽbat imaginẽ ceſaris. vñ ſequit Et ait illis ieſus. Cuiꝰ ẽ imago hec ⁊ ſuꝑſcriptio: Qui putat iterrogationẽ ſaluatoris ignorãtiã eẽ ⁊ nõ diſpenſationẽ: diſcãt ex pñti loco q̃ vtiq; poterat ſcire ieſus cuiꝰ imago eſſet ĩ nũmo. Segr: Oſtẽ ei: Ceſaris. Ceſarẽ ñ putem⁹ auguſtũ: ſz tyberiũ ꝓnignuz eũ ſignificari ſub quo ⁊ paſſus ẽ dñs. Oés ãt reges romani a prĩo caio ceſare: q ĩpiuz arripuerat: ceſares appellanť. Segr. Reddite ergo q̃ ſunt ceſaris ceſari. i. nũmũ: tributũ ⁊ pecuniã. HILA. Si. n. nihil qõ ceſaris ẽ penes nos reſederit: ꝛditiõe reddẽdi ei q̃ ſua ſũt nõ renebimur. Porro aũt ſi rebꝰ illiꝰ incũbam⁹: ſi iure ptãtis ſue vtimur: extra q̃relã iniurie eſt reddere ceſari quod ceſaris eſt.

CHRY. Tu aũt cũ audieris: Redde que ſũt ceſaris ceſari: illa ſcito eũ dicere ſolũ: q̃ in nullo pietati nocẽt: qz ſi aliqd tale fuerit nõ adhuc ceſaris ẽ: ſz diaboli tributũ. Deide vt non dicant: qñ hominib⁹ nos ſubycis: ſubdit. Et q̃ ſunt dei deo. HIERO. i. decimas. ꝓmitias: oblatiões: ⁊ victimas: ſicut ⁊ ipſe dñs reddidit ceſari tributa pro ſe ⁊ petro: ⁊ deo reddidit q̃ dei ſunt: patris faciẽs volũtatẽ. HILA. Deo ẽt q̃ eius ſunt reddere nos oz. i. corpus ⁊ aiam ⁊ voluntatem. Numiſma. n. ceſaris in auro ẽ in quo eſt eius imago depicta. Dei. ãt nũmiſma hõ ẽ in quo ẽ dei imago figurata ĩõ diuitias veſtras date ceſari: deo aũt ĩnocẽtie veſtre conſcientiã ſeruate. ORIGE. Ex hoc loco diſcimus ſaluatoris exẽplo vt nõ his q̃ a multis dicunť: ⁊ ꝓterea gloriosa videntur: occaſiõe pietatis attẽdam⁹: ſz q̃ cõuenienter ſm ordinẽ rõnis dicũtur: Poſſumus aũt ⁊ moraliter itelligere locũ iſtũ: qñ debemus corpori quedã dare q̃ſi tributũ ceſari. i. neceſſaria: Quecũq; aũt ſunt cõuenientia aiarum nature. i. ea que ducunt ad virtutẽ: debemus deo offerre. qui ergo ſupra modũ docent legem dei: ⁊ de rebus debitis corpori nihil curare precipiunt: ſunt phariſei qui reddere ceſari tributũ vetabant: phibẽtes. ſ. nubere ⁊ abſtinere a cibis quos deus creauit. q̃ vero ſupra modum eſtimãt oportere corporibus ĩdulgere: ipſi ſunt herodiani. Saluatoꝝ aũt nõ vult vt nec virꝰ minoreť dũ ſupra modũ carni ſeruimus: nec carnis nã graueť dũ abũdãti⁹ vtutib⁹ adherem⁹. Uel princeps mũdi. i. diabolꝰ dr ceſar: nõ. n. poſſum⁹ reddere deo q̃ dei ſũt niſi pri⁹ reddiderim⁹ prĩcipi q̃ ſũt ſua. i. niſi õpoſitum⁹ malitiã vniuerſaz: Doc ẽt diſcam⁹ ex loco pñti q ꝛ tẽtantes nec oĩno tacere debemus nec ſimplr rñdere: ſed circũſpecte vt precidam⁹ occaſionẽ querẽtiũ in nobis occaſio

nē ⁊ doceam⁹ irreprehēsibiliʒ q̄ pñt saluare volētes saluari.
HIE. Qui āt credere debuerāt ad tātā sapiaʒ mirati sūt
q̄ callidit as eoꝝ ifidiandi nō inuenisset locū. vnde sequit:
Et audientes mirati sunt ⁊ relicto eo abierūt. Infidelitatē
pariter cū admiratione reportantes.

¶ In illa die accesserūt ad eū saducei qui dicunt
non esse resurrectionem ⁊ interrogauerūt eum
dicentes. Magister: moyses dixit: Si quis mor
tuus fuerit non habens filiū: vt ducat frater eius
vxorem illius ⁊ suscitet semen fratri suo. Erant
autem apud nos septem fratres: ⁊ primus vxo
re ducta defunctus est: ⁊ non habens semē reli
qt vxorē suā fratri suo. Similiter secūdus ⁊ ter
tius vsq; ad septimū. Nouissime aūt oiuʒ ⁊ mu
lier defuncta ē. In resurrectione ergo cuius erit
de septem vxor? Oēs enim habuerunt eā. Rñ
dens aūt ē ihesus: ait illis: Erratis nescientes scri
pturas neq; virtutem dei. In resurrectione eniʒ
neq; nubēt neq; nubent: ſʒ erunt sicut angeli dei
in celo. De resurrectiōe aūtē mortuorum nō le
gistis q̄ dictum est a deo dicēte vobis: ego suʒ
deus abraam: ⁊ deus isaac: ⁊ deus iacob. Non
est deus mortuorum sed viuentium. Et audien
tes turbe mirabantur in doctrina eius.

CHRY. in ho. Cōfutatis phariseoꝝ discipl⁹ cū herodia
nis: saducei se imittūt: cū tam ex cōfussione poꝝ eos oporte
ret effici pigriores: sed presumptio inuerecūdū quid est ⁊ p
tinax ⁊ impossibilia tētans: propter hoc ⁊ euangelista stupens
eoꝝ demētiā hocipsuʒ significat dicēs. In illa die acces. ad
eū saducei. CHRY. super matth. Cū recedebāt pharisei
accedebāt saducei: forte tali cōsilio: q; decertabāt q̄s eū an
te depbēdere posset: vel si rōne eū nō possent superare: saltē
p ipsaʒ frequētiaʒ subuerterent sensum eius. HIERO.
Due bereses erāt in iudeis: vna phariseoꝝ: ⁊ altera saduceo
rū. phariſei traditionū ⁊ obſuationū iusticiā pferebāt. vñ ⁊
diuisi vocabāt a ppl'o: saducei aūt q̄ iterptant iusti: ⁊ ipsi vē
dicabāt sibi q̄ nō erāt ꝓxib⁹ ⁊ corpis ⁊ aie resurrectionez
credentibus confitentibusq; ⁊ angelos ⁊ spiritū sequentes
iurta actus apostoloꝝ oia denegabant. vnde ⁊ hic dicitur.
Qui dñt resurrectionē nō eē. ORIGE. Nō solū āt carnis
resurrectionē negabāt: ſʒ ēt anime īmortalitatē tollebāt.
CHRY. sup matth. Uidēs. n. diabolus: q; iusticiā dei oī
no extiguere nō potuit: introduxit beresim saduceoꝝ q̄ di
cerēt nō eē resurrectionē mortuoꝝ: q̄ res oē ppositū faciē
de iustitie frāgit. q̄s. n. ꝓtētus erit aduersus scipsuʒ quotti
die' luctamina exercere nisi ad spē resurrectiōis aspiceret.
GREGO. c. iiy. moza. Sūt āt nōnulli ꝓsiderātes q̄ spūs
a carne soluit. q̄ caro ī putredinē vertit: q̄ putredo in pul
uerē reducit: q̄ puluis ī elemēta soluit: vt neq; cū ab huma
nis oculis videat: resurrectionē fieri posse desperāt: ⁊ dum
arida ossa ispiciūt: hec vestiri carnib⁹: rursumq; ad vitā vi
rit deo terrena materies: de q̄ mortaliū creat caro: ſʒ ī quē
libet ptuuerē cinerēue soluat: in quoslibet halitus auraſq;
diffugiat: in quācūq; alioꝝ corpoꝝ substātiā vel in ipsa ele
mēta vertat. in quoꝝcūq; aīaliū: aut ēt hominum cibum
cedat: carneq; mutet: aie illi humane ī pūcto tēporis red
ditur q̄ eā primit⁹ vt hō fieret: viueret ⁊ cresceret: aiauit.
CHRY. sup matth. Ad defensionē autem sui errozis in
uenisse se argutissimā rōnē saducei putabāt. vñ sequit: Et ī
terro. eum dicētes. Magr̄: moyses dixit: Si quis mortuus
fuerit ⁊c. CHRY. ī ho. Quia. n. īmitigabile malus mos
erat apud iudeos: q; oīa p̄ pñti vita faciebāt: ī legē deduxit
moyses defuncti sine filys vxorē fratri dari oportere vt ō
functo fili⁹ nascereť ex fratre: ⁊ nō excideret nomē eius q̄ō
erat q̄dā mortis mitigatio. nō aūt ali⁹ q̄z frater vel ꝓpinqu⁹
iubebať accipe vxorē defuncti: qñ nō ita putaret q̄ ex tali
cōiunctione erat nascitur⁹: eē fili⁹ ei⁹ q̄ obyt: ⁊ iterū extra
neus nō ita bēret necessitatē statuere domū ei⁹ q̄ obierat
sicut frater: cui ēt ex cognatione hoc facere iustū erat. Se
gtur: Erāt aūt apud nos septē fratres. HIERO. Qui re
surrectionē corpoꝝ nō credebāt ⁊ aīaʒ putabāt iterire cuʒ
corpoꝝib⁹: recte istiusmodi fingūt fabulā q̄ delyramēti ar
guat eos q̄ resurrectionē asserāt mortuoꝝ. Turpitudinem
ergo fabule opponūt: vt resurrectōis denegēt vitatē. vnde
cōcludūt. In resurectōe ergo cuius erit: pōt aūt fieri vt ve
re in gēte coꝝ hoc aliq̄n acciderit. AVGV. de que. euā.
Per hos aūt septē frēs mystice itelliguñ hoies ipy: q̄ fru
ctū iustitie nō potuerūt afferre in terra p oēs. vy. mūdi eta
tes: qb⁹ ista terra cōsistit. postea. n. ⁊ ipsa terra trāsiet: p quā
oēs illi q̄si septē steriliter trāsierūt. Segť. Rñdēs autez ie
sus ait illis: Erratis nescientes scripturas neq; virtutez dei.
CHRY. sup matth. Sapiēter p̄mū arguit stultitiā eoꝝ:
q; nō legebāt. scdo ignorātiā: q; nō cognoscebāt deū. Ex di
ligētia. n. lectiōis nascit sciētia dei: ignorātia aūt negligētie
filia ē. HIERO. Propterea ergo errāt q; scripturas ne
sciūt: ⁊ q; scripturas nescīūt ꝓsequēter ignorāt virtutē dei.
ORIGE. Duas aūt res dicit eos nescire: vnam q̄dē scri
pturas: alterā aūt virtutē dei p quā resurrectio fit ⁊ noua
vita in ea: Uel dñs arguēs saduceos nescire virtutē dei se
eos nō cognoscere arguebat. ipse. n. erat virt⁹ dei ⁊ non co
gnoscebāt eū q̄si nescientes scripturas q̄ loquunť de eo. p̄o
pterea nec resurrectionē credebāt quā factur⁹ fuerat ipse.
Querit aūt cū saluator dicat. Erratis nescientes scripturas.
an dicat: q; in q̄busdā scripturis positū ē q̄ō segť: In resur
rectiōe nʒ nubēt: ⁊c. q̄ō ī veteri testō nō legiť scriptū. Nos
aūt dicim⁹: q; scriptū est nō in ipsis ꝑmonib⁹ manifeste ista
dicētib⁹: ſʒ in mysterio idicātib⁹ ꝑm itellectū moralē: nā cū
sit lex vmbra futuroꝝ bonoꝝ: dicens quodlibet de viris ⁊
vxoꝝib⁹: de spiritualib⁹ nuptys p̄cipaliter dicit. Sed nec
hoc inuenio alicubi scripturā dicētē sanctos post exitū foze
sic angelos dei: nisi forte q̄s ⁊ hoc moraliter intelligat: ꝑm
illud q̄ō dr̄. Tu āt ibis ad pres tuos. Jtē apposit⁹ ē ad ppl'z
suū. Dicet aūt aliq̄s. Jō eos īcrepabat q̄a non legebāt cete
ras scripturas q̄ sūt extra legē: ⁊ iō errabāt. Ali⁹ aūt dicit q̄
nesciebant mosaice legis scripturas: ex eo q̄ diuinū sensuʒ
eaꝝ nō scrutabanť. CHRY. sup matth. Ul' q̄ō dicit. Jn
resurrectōe nʒ nubēt: ⁊c. rettulit ad B q̄ō dixerat. Nescitis
virtutē dei. Qz āt dixit: ego suʒ deꝰ abraā: ⁊c. ad illō q̄ō dixe
rat: Nescitis scripturas. Et q̄dē calūniatoꝝ p̄mū oʒ ī aliq̄
q̄ōne auctoritatē scripture ꝓferre: deīde rōnē exponere: in
terrogātib⁹ āt p ignorātiā p̄us rōnē exponamus: postea au
ctoritate cōfirmemus: qñ calūniatores cōuincere oʒ: iter
rogatores autem docere: ideo his iterrogantibus per igno
rantiā p̄ius rōnē exposuit dicēs. In resurrectione. HIE
RO. in hoc aūt q̄ō dicit. Neq; nubent nʒ nubent̄. Latina
ꝓsuetudo greco ydiomati ñ rñdet. Nubere. n. apō latinos
ꝓpe dñr mulieres: ſʒ nos simplr dcm̄ itelligam⁹ q̄ nubere
de viris. ⁊ nubi ō mulierib⁹ dcm̄ sit. CHRY. sup mat. In
B q̄dē seculo q̄z morimur: iō nascimur. q̄z nascimur iō vxo
res ducimus. vt q̄ō moriēdo minuiť: nascēdo suppleat. ibi āt
moriēdi necitas tolliť. vñ ⁊ nascēdi cā soluta ē. HILA. Et
q̄dē suffecerat aduersus saduceos opinionez illecebre coꝝ
poree recedisse: ⁊ officys cessantib⁹ iania hec corpoꝝ gau
dia fuistulisse: ſʒ adiecit: ſʒ sūt sic̄ āgeli dei in celo. CHRY.
in ho. ꝓ q̄ō ad iterrogatū ꝓuenieter rñdet: q̄z. n. hec erat eis
cā estimandi resurrectionē nō esse: quia credebant eandez

fore resurgẽtiũ ꝺditionẽ. Hãc causaꝫ remouit: oñdens eos alteri⁹ ꝺditiõis futuros. CHRY. sup matth. Notanduꝫ vo q cũ de iciunys ⁊ elemosynis ceteriſqꝫ vtutib⁹ ſpiritali b⁹ locut⁹ fuit: nũqꝫ angl'oꝝ ſil'itudinẽ itroduxit: niſi cũ de ab ſolutiõe a coitu loq̃reť: qñ ſic oẽs act⁹ carnales opa ſũt aĩa liũ: p̃cipue tñ act⁹ libidinis: ſic oẽs virtutes ſũt res angeli ce: p̃cipue tñ caſtitas: p quã vincit nãvirtutib⁹. HIERO. Quod ergo inferť. Sed ſum ⁊ ſic angeli dei in celo. ſpiritalis ꝺuerſatio repromittit. DIO. Tunc. n. qñ icorruptibiles ⁊ ĩmortales erim⁹ viſibili qdẽ ipſius dei apparitione in caſtiſ ſimis ꝺtẽplatiõib⁹ adiplebimur. itelligibilis ãt luminis da tiõe participabim⁹ i impaſſibili ⁊ in ĩmateriali mẽte ſz imi tationẽ ſupcelestiũ mẽtiũ: ꝓpter qõ dicit: q erim⁹ angelis equales. MYLA. Eãdẽ aũt calũniã quã saducei afferũt de cõiugio afferre plures ſolẽt: in quã formã muliebris ſe xus resurgat. Sed qualis in ſcripturis auctoritas ẽ de angelis opinãdo: talẽ in resurrectione ſpẽi noſtre ſenſum oportet eẽ de feminis. AVGV. xxy. de ciui. dei. Ez mihi melius videť ſape q vtrũqꝫ ſexũ resurrectuꝝ eẽ nõ dubitant. Non enĩ libido ibi erit: q̃ ꝺfuſionis cã ẽ: Nã p̃iuſqꝫ peccaſſent nudi erãt: natura aũt ſeruabiť: q̃ tunc qdẽ ⁊ a ꝺcubitu ⁊ a partu ĩmunis erit: erũt tamen mẽbra feminea nõ accomodata vſui veteri. ſed decori nouo: quo nõ allicit aſpiciẽtis ꝺcupiſcentia: q̃ nulla erit: ſz dei laudeť ſapientia atqꝫ clemẽtia: q ⁊ quod nõ erat fecit: ⁊ liberauit a corruptione quod fecit.

CHRY. in homi. Discipuli autem qui quando detentus est dominus ꝑmanserunt: quando hec locutus est ad turbas: fugerunt. vnde sequitur: Tunc discipuli oẽs relicto eo fugerunt. sciebant enim quoniã iam non erat possibile effugere eo se volũtarie illis tradente. REMI. In hoc tamẽ facto demonstratur fragilitas apostolorum: qui eniz de ardore fidei ꝓmiserant se mori cum eo: nũc timore fugiunt ĩmemores sue ꝓmissionis: quod etiã videmus ꝓpleri ĩ his qui ꝓ amore dei magna se ꝓmittunt facturos: ⁊ postmodũ non implent: non tamen desperare debent: sed cum apostolis resurgere: ⁊ per penitentiam resipiscere. RABA. Mystice aũt sicut petrus qui culpam negationis penitentie lachrimis abluit: recuperationẽ eoꝝ ostendit: qui ĩ martyrio labuntur: ita ceteri discipuli fugiẽtes: cautelam fugiẽdi docent eos qui se minus idoneos ad tollerãda supplicia sentiunt. Sequitur. At illi tenentes iesum duxerunt ad caypham principem sacerdotum. AVGV. de con. euan. Sed tamẽ primo ad annam ductus est socer cayphe sicut ioannes dicit: Ductus est autẽ ligatus cum adessent ĩ illa turba tribunus ⁊ cohors. vt ioannes cõmemorat. HIERO. Refert autẽ iosephus istum cayphan vnius tñ anni pontificatũ precio redemisse: cum tamen moyses deo iubẽte ꝓceperit: vt pontifices patrib⁹ succederent: ⁊ generatõis in sacerdotibus series texeretur. non ergo mirum est si iniquus pontifex iniq̃ iudicet. RABA. Cõuenit etiã nostre actiõi caypha: idest inuestigator vel sagax ad implendam suam nequitiã vel vomens ore. quia impudẽs fuit ad proferendum mendacium: ⁊ ad perpetrandum homicidium. Ideo autem illuc eum adduxerunt vt cum consilio omnia facerẽt. Unde seqr̃: Ubi scribe ⁊ pharisei ⁊ seniores conuenerãt. ORIGE. Ubi cayphas ẽ princeps sacerdoũ illic congregantur scribe idest litterati: qui presunt littere occidenti: ⁊ seniores non in veritate: sed in vetustate littere. Sequitur: Petrus autẽ sequebaꝝ eum a longe. Non enim poterat de proximo cum sequi: sed de longinquo: nec tamẽ omnino recedens ab eo.

CHRY. in ho. Multus enim erat feruor petri: qui cum alios fugientes vidisset: non fugit: sed stetit ⁊ intrauit. Si autem ⁊ ioannes intrauit: tamen notus erat principi sacerdotum. Longe autem sequebatur: quia erat dominum negaturus. REMI. Neqz enim negare potuisset si domino ꝓximus adhesisset. Per hoc etiam significatur q̃ petr⁹ dominum ad passionem euntem erat secuturus. i. imitatur⁹.

AVGV. de concor. euan. Significatur etiam ecclesiam secuturam quidem: hoc est imitaturam passiones domini: sed longe differenter. ecclesia enim pro se patitur: at illi pro ecclesia. Sequitur: Et ingressus intro sedebat cũ ministris vt videret finem. HIERO. Uel amore discipuli: vel humana curiositate scire cupiebat quid iudicaret de dño pontifex: vtz eũ neci addiceret: an flagellis cessũ dimitteret.

¶ Principes aũt sacerdotũ ⁊ omne consilium querebant falsum testimonium contra iesuz: vt eum morti traderent: ⁊ non inuenerũt: cuz multi falsi testes accessissent. Nouissime aũt venerũt duo falsi testes ⁊ dixerunt: Hic dixit: Possũ destruere templum dei: ⁊ post triduz reedificare illũ. Et surgens princeps sacerdotum ait illi: Nichil respondes ad ea que isti aduersum te testificantur? Jesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi: Adiuro te per deum viuum: vt dicas nobis si tu es christus filius dei. Dixit illi iesus: Tu dixisti. Uerumtamen dico vobis: amodo videbitis filium hominis sedentez a dextris virtutis dei: ⁊ venientem in nubibus celi. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens: Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiã. Quid vobis videtur? At illi rñdentes dixerunt: Reus est mortis. Tunc expuerunt ĩ faciem eius: ⁊ colaphis eum ceciderunt. alij autem palmas in facié eius dederunt dicentes: prophetiza nobis christe quis est qui te percussit.

CHRY. in homc. Congregatis principibus sacerdotum: ⁊ tota pestilentie conuenticula: volebant suis insidys iudicy formam imponere. vnde dicitur: Principes autez sacerdotum ⁊ omne consilium querebant falsum testimonium contra iesum vt eum morti traderent. Sed q̃ fictum erat iudiciuz. ⁊ omnia tumultus ⁊ turbationis plena: manifestatur per hoc quod subditur. Et non inuenerunt cum multi falsi testes accessissent. ORIGE. Falsa enim testimonia tunc locum habent: quando cum colore aliquo proferũtur. Sed nec colos inueniebatur qui posset contra iesum aduuare mendacia: quannis essent multi gratiam tribuere volentes principibus sacerdotum: quod maximaz laudem exhibet iesu: qui sic omnia irreprehensibiliter dixit ⁊ fecit: vt nullam verisimilitudinem inuenirẽt in eo reprehẽsionis ⁊ mali ⁊ multi astuti. Sequiꝝ: Nouissime autẽ venerunt duo falsi testes ⁊ dixerũt. hic dixit: possum destruere templum dei: ⁊ post triduum reedificare illud. HIERO. Quomõ autem falsi testes sunt si ea dicunt que dominum dixisse legimus? Sed falsus testis est qui non eodem sensu dicta intelligit: quo dicuntur. dominus enim dixerat de templo corporis sui: sz in ipsis verbis calumniãtur: vt paucis additis vel mutatis quasi iustam calumniam faciant. Saluator dixerat: Soluite templũ hoc. isti commutant ⁊ aiunt: Possum destruere templum dei. Nos inquit soluite: non ego: quia illicitum est vt nobisipsis inferamus manus. deinde illi vertunt: At post triduuz reedificare illud: vt propzie ỏ templo iudaico dixisse videretur. dominus autẽ vt ostenderet animo male et spirans templum dixerat: At ego in triduo suscitabo illud. aliỏ est edificare: aliud suscitare. CHRY. in homc. Sed quare non attulerunt in medium accusationem de solutione sabbati? quia multotiens eos super hoc cõfutauerat. HIERO. Ira autem preceps ⁊ impatiẽs non inueniens calumnie locum: excutit de solio pontificem: vt vesania mentis motu corporis demonstraret. vnde sequitur. Et surgẽs princeps sacerdotũ ait illi. Nichil rñdes ad ea que isti aduersuz te testificãtur? CHRY. in ho. Uoc aũt dixit volens ab eo inexcusabilem rñsionez elicere: vt ex ipsa eius capiat. Inutilis autez erat excusationis responsio: nullo eã exaudiente. Et ideo sequitur: Jesus autẽ tacebat. Etenim solum figura iudicy ibi erat: ĩ veritate autẽ latronum erat incursus sicut in spelũca. ⁊ ideo silet. ORIGE. Ex hoc autẽ loco discim⁹ contẽnere calũniantiũ ⁊ falsorũ testiũ voces: vt nec responsione dignos eos habeam⁹ qui non cõuenientia dicunt aduersus nos: maxime vbi maius ẽ libere ⁊ fortiter silere: q̃ defendere sine vllo ꝓfectu. HIERO. Sciebat. n. q̃si deus qcqd dixisset torquendũ ad calũniã. Quanto ergo iesus magis tacebat ad indignos rñsione sua falsos testes ⁊ sacerdotes impios: tantomagis põtifex furore superatus eũ ad rñdendum ꝓuocat: vt ex qualibet occasiõe sermonis locum inueniat accusãdi. vñ sequitur: Et ꝓnceps sacerdotũ ait illi: Adiuro te per deũ viuuz vt dicas si tu es chri-

stus filiꝰ dei. ORIGE. In lege quidē adiurādi vsū aliquo tiens inuenimꝰ. Estimo aūt qm nō oportet vt vir q vult fm euāgeliū viuere adiuret altex. Si.n. iurare nō licet: nec ad iurare: sz q respicit ieſū impantē demonibꝰ q poteſtatē dā tem discipulis supdemonia: dicet qꝫ fm ptātem datā a sal uatore nō est adiurare demonia. Princeps āt sacerdotū pec catū faciebat insidiās ieſu: q ideo imitabat ppriū prez: qui bis dubie iterrogauit saluatorē. Si tu es xps filius dei. vn de quis recte dicere potest qm dubitare de filio dei vtrum ipse sit christus: opus diaboli est. Non decebat aūt dnm ad adiurationem pncipis respōdere sacerdotū quasi vim pas sum: ppter quod nec denegauit se filium dei esse: nec mani feste cōfessus est. vnde segtur: Dicit illi ieſus: tu dixisti. Nō enī erat dignus christi doctrina: ppterea non eū docet: sed verbum oris eius accipiens: in redargutionē ipsius conuer tit. Sequit. Uerūtamē dico vo. ammo. vide. filiū homi. se dentē a dex. vir. dei. Uidetur mihi qm firmitatē quandam regalem significat sessio filij hois. iuxta virtutē ergo dei q solus est virtus: fundatus est qui accepit omnem potestatē a patre sicut in celo q in terra. Erit autem quando banc fun dationē videbūt etiā aduersarij qꝫ a tempore dispēsatiōis incepit impleri. Uiderunt.n. eius discipuli eum resurgentē a mortuis: q qꝫ hoc viderūt eū fūdatū ad dexterā vtutis. Ut qz fm longitudinē sempiternā que ē apud deum a constitu tione mūdi vsqz ad finē ē vnus dies. Nihil ergo mirum qꝫ hic dicit saluator. Ammodo. spacium est breuissimuz vsqz a finem ostendēs: q non solū sedentez eū ad dexterā virtu tis visuros ppbetabat: sed etiam venientē in nubibus celi vnde segtur: Et veni. in nubibus celi. De nubes sūt ppbe q apostoli christi: quibus mandat pluere cū oportet: q sunt nubes celi nō trāseuntes: quasi portantes imaginē celestis: q digne sūt vt sint sedes dei quasi heredes dei q coheredes xpi. HIERO. Pōtificē autē quē de solio sacerdotali fu ror excusserat: eadem rabies ad scindēdas vestes ꝓuocat. vnde sequit: Tunc pnceps sacerdotū scidit vestimenta sua dicens: Blasphemauit. Consuetudinis.n. iudaice est: qꝫ cuz aliquid blasphemum q qsi contra deū audierit: scīdant ve stimēta sua. CHRY. in homi. Hoc igit fecit vt accusatio nē redderet grauiorez: q qō vbis dicebat: factis extolleret. HIERO. Per hoc aūt qꝫ scidit vestimēta sua: oñdit iude os sacerdotalē gloriā pdidisse: q vacuaz sedē bēre pōtificis. Dū.n. vestē sibi discidit: ipsū quo tegebat velamentū legis abrupit. CHRY. in ho. Luz ergo scidisset vestimēta sua: nō fert sniaz a seipso sed ab alys eā exgrit dicēs: Quid vob videt: Sic in cōfessis peccatis q blasphemia manifesta fieri solet: q qsi cogēs q violētiā iferēs ad sniam pferēdā puenit auditorē dicēs: Quid adhuc egemꝰ testibꝰ: Ecce nūc audi. blasphemiā. Que āt fuit illa blasphemia: Eteni ante eis cō gregatis dixerat: Dixit dns dño meo: sede a dextris meis: q interpretatus est eis q siluerūt: nec de cetero cōtradixerūt: qualiter ergo nūc quod dictū ē blasphemiā vocant: Sequi tur: At illi respōdētes dixerūt: Reus est mortis. Ipsi accu santes: ipsi discutiētes: ipsi sententiā pferētes. ORIGE. Quantum putas fuit errozis: ipsam pncipalē oiuz vitā reā mortis pnunciare: q per tantorū resurgentium testimonia non respicere fontem vite de quo in omnes resurgentes vi ta fluebat. CHRY. in ho. Ut aūt venationē inuenientes ita suam demonstrabant ebrietatē: q insania ferebant. De quitur: Tūc expue. i fa. eiꝰ: q cola: eū ceciderūt. HIERO. Ut compleretur quod dictū est: Dedi maxillā meā alapis: q faciem meā nō auerti a confusione sputoz. Segtur: Aly autē pal. in faci. eius dede. dicen. Prophetiza no. christe: qs est qui te percussit. GLO. In cōtumeliam ei hoc dicit: qui se ꝓphetam haberi voluit a populis. HIERO. Stultum autem erat verberantibus respōdere q prophetare ceden tem: cum palam percutiētis insania videretur. CHRY. in ho. Attēde aūt qꝫ euāgelista cū sūma diligētia ea q̄ videt eē exprobratissima exponit: nihil occultās aut verecūdans sed gloriā existimās maximā: dominatorē orbis terraz pro nobis talia sustinere. Hoc aūt legamus cōtinue: hoc nostre mēti inscribamus q in his gloriemur. AVGV. de q̄. euā. Quod āt dictū est: Expuerunt in faciē eius: significauit eos qui presentiam gratie eius respuunt. Item tanq̄ colaphis eum cedunt: qui ei honores suos preferunt. Palmas in fa ciem eius dant: qui perfidia cecati: euz nō venisse affirmāt: tanq̄ presentiam eius exterminantes q repellentes.

¶ Petrus vero sedebat foris in atrio: q accessit ad eum vna ancilla dicens: Et tu cum ieſu gali eo eras. At ille negauit coram oibus dicens: Ne scio qd dicis. Exeūte aūt illo ianuā: vidit eū alia ancilla: q ait bis q erāt ibi: Et hic erat cū ieſu na zareno. Et itez negauit cū iuramēto: quia nō no ui hoiem. Et post pusillū accesserūt qui stabāt q dixerunt petro: Uere tu ex illis es. Nā q loquel la tua manifestum te facit. Tunc cepit detesta ri q iurare: quia non nouisset hominem. Et con tinuo gallus cantauit. Et recordatus est petrus verbi ieſu quod dixerat: priusq̄ gallus cātet ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare.

AVGV. de cō. euā. Inter pdictas dñi cōtumelias trina negatio petri fcā ē. quā nō oēs euangeliste eodē ordine nar rant. Lucas.n. explicat prius tentationē petri: nūc demuz cōtumelias dñi. Sed matthe⁹ q marc⁹ eas pmo ꝓmemo rāt: q deīde petri tētationē. Sic.n. hic sequit. Petrus vero sedebat foris ī atrio. HIERO. Foris sedebat vt videret exitū rei: q nō appropinquabat ieſu: ne mīstris aliq̄ suspicio nasceretur. CHRY. in ho. Et g quādo detentū magistrū vidit solū: ita efferbuit vt gladiū euaginauerit: q auriculaz absciderit: quādo cōtumelias christi audiuit negator efficitur: q vilis puelle minas nō sustinet. Segtur enim: Et acces sit ad eū vna ancilla dicens: Et tu cuz ieſu gali. eras. RABA. Quid sibi vult quia prima eum prodit ancilla cum viri magis eū potuerint recognoscere: nisi qꝫ iste sexus pec care ī ne ce domini videretur: q eius passione redimeretur. Segtur: At ille negauit coram oibꝰ dicens: Nescio qd dicis. Palā coram oibus negauit: qz se manifestare expauit quod dicebat se nescire: rūdit: qz p saluatore adhuc mori noluit.

LEO papa in ser. de pas. Ob hoc autē sicut apparet besi tare pmissus est: vt ī ecclesie principe remediū penitētie cō deret: q nemo auderet de sua virtute cōfidere: quādo mu tabilitatis periculū: nec beatus petrus potuisset euadere.

CHRY. in ho. Non solū aūt semel sed q secūdo q tertio negat in breui tempore. vnde sequitur. Exeunte autē eo ia nuam: vidit eū alia ancilla q ait bis q erāt ibi: Et hic erat cū ieſu nazareno. AVGV. de cō. euā. Intelligit āt qꝫ postq̄ exyt foras cū iā semel negasset: gallus cātauit pmū qō mar cus dicit. CHRY. in ho. Ut oñdat qꝫ neq̄ vox galli cum a negatione detinuit. neq̄ ī memoriam sue pmissionis re duxit. AVGV. de cōcor. euā. Nō aūt foris ante ianuā ite rum negauit: sz cū rediisset ad focū: neq̄ enī iaz exierat q fo ris cum vidit altera ancilla: sed cū exiret eū vidit. i. cuz sur geret q exiret aīaduertit: q dixit bis q erant ibi. i. qui sil' ade rant od ignem in atrio: Et hic erat cum ieſu nazareno. Ille aūt qui foris exierat: hoc audito regressus ē: vt se quasi pur garet negando. Uel quod est credibilius: nō audiuit quod de eo dictum fuerat cum foras exiret: q postea q̄z redyt qꝫ dictum est ei qō lucas comm emorat. Segtur: Et iterū ne gauit cum iuramento: qz non noui hominem. HIERO. Scio quosdā pio affectu erga apostolū petrū locū hunc ita

interp̃tatos: vt dicerent petrũ hoiem negasse: nõ deuz: ꝛ eẽ sensũ: Nescio hoiem qz scio deũ. Hoc q̃z friuolũ sit: prudẽs lector intelligit. si. n. iste non negauit: ergo mẽtitus est dñs q dixerat: Ter me negabis. RABA. In hac aũt negatiõe petri dicimus non solum abnegare christum: q dicit euz nõ esse xp̃m: sed qui cum sit: negat se eẽ christianu. AVGV. de con. euan. Nunc iam de tertia negatõe inspiciam⁹. Sequitur enĩ: Et post pusil. accesserũt qui sta. ꝛ dixe. petro: Uere et tu ex illis es. Lucas ãt dixit: Interuallo facto q̃si hore vnius ꝛ vt cum conuincant: psequenter adiungũt. Nã ꝛ loquela tua manifestum te facit. HIERO. Nõ quo alteri⁹ sermonis eẽt petrus aut gentis externe: omnes quippe hebrei erant ꝛ q arguebãt: ꝛ q arguebat: sz quo vnaquecz̃ prouincia ꝛ regio hẽat pp̃rietates suas ꝛ vernaculũ loquẽdi sonũ vitare nõ possit. REMI. Uide aũt q̃z sint noxia prauorũ hominum colloquia: ipsa qppe coegerũt petruz negare dominum: quẽ p̃ius confessus fuerat esse dei filium. Sequĩ enĩ. Tũc cepit detestari ꝛ iurare: qz nõ nouissz hoiez. RABA. Nota qz p̃mũ ait: Nescio qd dicis. secũdo cũ iuramẽto negat. tertio qz cepit detestari ꝛ iurare: qz nõ nouit hoiez: perseuerare quippe i peccato dat incrementũ sceleꝛ: ꝛ q mínima spernit: cadit in maiora. REMI. Spiritualr ãt p hoc q petrus ante p̃mũ galli cantum negauit: illi designanr qui ante xp̃i resurrectionẽ nõ credebãt eũ esse deũ eius morte turbati. Per hoc aũt q̃ post galli cãtuz negauit: illi designãtur q in vtrãq̃ domini nãm: ꝛ p̃m deũ: ꝛ p̃m hominẽ errant. Per p̃mam aũt ancillaz designatur cupiditas: p secũdaz carnalis delectatio: per illos qui astabant: demones intelliguntur. bis. n. trabunr hoies ad xp̃i negatõem. ORIGE. Uel per p̃maz ancillaz intelligitur synagoga iudeorum q frequenter cõpulerunt denegare fideles: per secundam cõgregatio gentium: q ꝛ persecuti sunt xp̃ianos: per tertios stãtes in atrio: ministri heresum diuersarum. AVGV. de que. euan. Ter etiã petrus negauit. nã ꝛ erroꝛ hereticorum de christo tribus generib⁹ terminar. Aut enĩ ex diuinitate: aut ỏ hũanitate: aut de vtroq̃z fallunr. RABA. Post tertiã autẽ negatõem segr galli cantus. ꝛ hoc est quod subdit: Et conti. gallus cãtauit. Per quẽ doctor ecclie intelligit q somnolentos increpãs ait: Euigilate iusti ꝛ nolite peccare. Solet aũt sacra scriptura sepe meritũ cãrum per statuz designare tempoꝛ. vnde petrus qui media nocte negauit: ad galli cantum penituit. vnde segtur: Et recordatus ẽ petrus verbi iesu quod dixerat. Priusq̃ gallus cantet: ter me negabis. HIERO. In alio euangelio legimus: q post negationem petri ꝛ galli cantum: respexit saluator petrũ: ꝛ intuitu suo eũ ad amaras lachrymas p̃uocauit. non. n. fieri poterat vt in negationis tenebris p̃maneret: que lux p̃spexerat mũdi. vnde ꝛ hic segtur: Et egressus foras fleuit amare. In atrio. n. cayphe sedens nõ poterat agere p̃niam. vnde foras egredit de impioꝛ cõsilio: vt pauide negatõis sordes amaris fletibus lauet. LEO papa. Felices o apostole sancte lachryme tue: que ad diluendam culpã negatõis: vtutẽ sacri hũere baptismatis. Affixit enĩ dextra domini iesu christi: q labentẽ te p̃usq̃z deycereris excipet: ꝛ firmitatẽ stãdi i ipso caden di periculo recepisti: cito itaq̃z ad soliditatem redyt petra tanq̃z recipiens fortitudinem: vt qui tunc in christi expauerat passione: in suo post supplicio non timeret: sed cõstans permaneret.

CAPI. XXVII.

Mane aũt facto: p̃silĩ inierũt oẽs p̃cipes sacerdotũ ꝛ seniores populi aduersus iesum: vt eum morti traderent. Et vinctuz adduxerunt eũ: ꝛ tradiderunt pontio pilato p̃sidi. Tunc videns iudas qui eũ tradidit q dãnatus esset: penitentia ductus rettulit triginta argẽteos p̃cipib⁹ sacerdotũ ꝛ seniorib⁹ dicens: Peccaui: tradens sanguinem iustum: At illi dixerũt: Quid ad nos? Tu videris. Et p̃iectis argẽteis i tẽplo recessit ꝛ abiẽs laqõ se suspẽdit.

AVGV. de con. euã. Cõtexuerat supius euangelista narrationẽ in his que cũ domino acta sunt vsqz ad mane. Ds postea redyt ad narrandã petri negationẽ: qua terminata redyt ad mane: vt inde cetera ꝓtexeret. Et hoc est quod dicitur: Mane aũt facto consiliũ inierunt oẽs p̃cipes sacerdotũ ꝛ seniores populi aduersus iesum: vt euz morti traderẽt. ORIGE. Putãtes p mortẽ extinguere ei⁹ doctrinã ꝛ fidẽ apud eos q crediderũt in eũ quasi in filiũ dei. Talia aũt cõtra eũ cõsiliantes: alligauerũt iesuz soluentẽ a vinculis. vñ sequĩr: Et vinctũ adduxerũt eũ: ꝛ tradiderũt pontio pilato p̃sidi. HIERO. Uide sollicitudinẽ sacerdotũ i malũ. tota nocte vigilarũt vt homicidiũ facerẽt: ꝛ vinctuz tradiderunt pilato. Debant. n. hũc morẽ: vt quẽ adiudicatum sent morti: ligatũ iudici traderent. RABA. Attamẽ nõ tãdũ q nõ tũc p̃mũ ligauerũt: sz mox cõprehẽsuz i horto vt ioãnes declarat. CHRY. in ho. Ideo autem eũ nõ occulte interfecerunt: quia volebant eius glorie detrahere. multi enim eũ admirabanr: ꝛ propter hoc studuerũt publice ꝛ cozã hominib⁹ eũ occidere: ꝛ ideo ad p̃sidẽ eũ duxerũt. HIERO. Uidẽs aũt iudas dominũ adiudicatũ morti: preciũ rettulit sacerdotib⁹: quasi in ptãte sua esset persecutoꝛ mutare sniam. vnde sequĩr: Tunc videns iudas qui tradidit eũ q dãnatus esset: penitentia ductus: rettulit triginta argenteos p̃cipibus sacerdotũ ꝛ seniorib⁹ populi dicens: Peccaui: tradẽs sanguinẽ iustũ. ORIGE. Respondeant mihi qui de naturis q̃sdã fabulas introducunt: vnde ẽ q iudas cognoscens peccatũ suũ dixit: Peccaui: tradens sanguinẽ iustum: nisi ex bona plantatione mentis ꝛ semina tiõe virtutis que seminata ẽ in omni rationabili anima: quã nõ coluit iudas: ꝛ ideo cecidit in tale peccatuz. Si aũt nature pereuntis ẽ aliquis hominũ: magis huius nature fuit iudas: Et siquidem post resurrectionẽ christi hoc dixisset iudas: forsitã erat dicẽdũ q̃n cõpulit eũ penitere de peccato ipsa virt⁹ resurrectiõis. Nũc aũt videẽs eũ traditũ ẽ pilato penitut: forsitan recordat⁹ q̃ frequẽter iesus dixerat de sua resurrectione futura. Forsitan ꝛ sathanas qui ingressus in eũ fuerat: p̃sto fuit ei donec iesus traderetur pilato. Postq̃ aũt fecit qõ voluit recessit ab eo: quo recedẽte penitẽtiã cape potuit. Sed quomõ vidit iudas q̃n cõdemnatus ẽ: nõdũ. n. a pilato fuerat iterrogat⁹. forsitã dicet aliquis q̃n consideratiõe mẽtis sue vidit exitum rei ex eo qõ traditũ aspexit. Alius aũt dicet: q̃n qõ scriptũ ẽ. Uidẽs iudas qz cõdẽnat⁹ ẽ. ad ipz iudã referr: tũc. n. sensit malũ suũ ꝛ intellexit se condẽnatum. LEO papa. Dicendo tamen Peccaui tradens sanguinez iustum: in impietatis sue perfidia p̃stitit: qui iesuz nõ dei filiũ: sed nostre tantummodo conditionis hominẽ: ctiã inter extrema mortis sue pericula credidit: cuius flexisset misericordiam si eius omnipotentiam non negasset. CHRY. i ho. Uide aũt quoniam penitentiã agit q̃n cõpletũ ẽ ꝛ finẽ accepit peccatũ. Non. n. permittit diabolus eos qui non vigilãt videre malũ antequã perficiãt. Sequĩr. At illi dixerũt: Quid ad nos? tu videris. REMI. Ac si dicant: Quid ad nos pertinet si iustus est? tu videris. i. opus tuum quale sit manifestabitur. Quidam aũt cõiunctiz voluerũt legere hec verba vt sit sensus cuius estimationis deputaris apud nos: qui eũ quẽ tradidisti: iustũ cõfiteris? ORIGE. Recedẽte aũt ab aliquo diabolo: obseruat iterum tempus. ꝛ postq̃ cognouerit ꝛ ad secundum peccatũ induxerit: obseruat etiam tertie deceptionis lo cũ. Sicut ille qui primo vxorem p̃s habuit: de hoc

malo postea penituit. Sed postea diabolus voluit hāc ipaz tristitiā exaggerare: vt ipsa tristitia abundantioz facta abſozberet tristantē. Simile aliqd factum est in iuda. postq̄ enī penituit nō seruauit coz suū: sz suscepit abūdantiozē tristitiā a diabolo sibi submissam: qz voluit euz absozbere. vñ sequitur. Et abiens laqueo se suspendit. Si autē locum penitentie requisisset: z tēpus pñe obseruasset: fozsitan iueniſet eū qui dixit: Nolo mozte peccatoris. Uel forte estimauit preuenire magistz mozituz: z occurrere ei cū aīa nuda: vt confitens z deprecans misericordiaz mereret: nec vidit qz non cōuenit seruum dei seipsum expellere de hac vita sz expectare dei iudicium. RABA. Suspēdit āt se laqueo vt se ostenderet celo terreq̄ perosum. AVGV. de nouo testa. Sed occupatis principib⁹ sacerdotū ad necem domini a mane vsq̄ ad hozam nonam: quō iudas eis rettulisse pretium sanguinis: quod acceperat ante crucē domini ꝓbatur: z dixisse illis in tēplo: peccaui q̄ tradiderim sanguinem iustum: cū cōstet oēs pncipes z seniozes ante passionē domini nō fuisse in templo? Quippe cū in cruce posito ipsum tarent ei. Nec enī inde pōt ꝓbari: qz ante passionē dñi relatū est cū sint multa que ante facta ꝓbant̄: z nouissima ozdinantur. Sed ne forte post hozā nonā factū sit: vt videns iudas occisum saluatozē: z ob hoc velū tēpli scissū: terrā tremuisse: saxa fixa: elemēta cōterrita ipo metu cozrept⁹ voluerit. Sed post hozaz nonam occupati erāt vt existimo seniores z pncipes sacerdotū ad celebratōem pasche. Sabbato aūt sm legē nō licet nūmos portare: ac p hoc nō ē ꝓbabile apudme quo die imo tpe laqueo vitam finierit iudas.

¶ Principes autem sacerdotuz acceptis argēteis dixerunt: Nō licet eos mittere in cozbonā: qz preciū sanguinis est. Consilio autē inito: emerunt ex illis agrum figuli in sepulturā peregrinorum: propter hoc vocatus est ager ille achelde/mach: hoc est ager sanguinis: vsq̄ in hodiernuz diem: Tunc impletū ē qđ dictū ē p hieremiā ꝓphetā dicentē: Et acceperūt trigita argēteos pciū appreciati quez appreciauerūt a filijs israel z dederūt eos i agz figuli: sicut ꝓstituit mihi dñs.

CHRY. in ho. Quia principes sacerdotū nouerant q̄ oc cisionem emerant a ꝓpria conscientia cōdemnati fuerunt. z ad hoc ostendendū subdit euāgelista. Principes aūt sacerdotū acceptis argenteis dixerūt: Non licet eos mittere in cozbonam: qz precium sanguinis est. HIERO. Uere culi cem linquentes z camelum glutientes. si. n. iō non mittunt pecuniam in cozbonam: hoc est i gazophylatiū z dona dei. qz precium sanguinis ē: cur ipse sanguis effudit? ORIGE. Uidebant aūt quoniam circa mortuos magis eā pecuniaz conueniebat expendi. quia precium sanguinis erat. Sed qz inter loca mortuozum sunt differentie: vsi sunt precio sanguinis iesu ad comparationem agri figuli alicuius: vt in eo peregrini sepeliantur: non sm votum suum in monumētis paternis. vnde sequitur: Consilio aūt inito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinozum. AVGV. in ser de ce. do. Prouidentia aūt dei factum puto vt precium saluatoris nō peccatoribus sumptū prebeat: sed peregrinis requiem subministret: vt iā exinde christus z viuos sanguinis sui passione redimat: z mortuos preciosa passione suſci piat. Precio ergo dominici sanguinis ager figuli cōparat⁹. Legim⁹ in scripturis q̄ totius generis humani salus redē. pta sit sanguine saluatoris. Ager ergo iste mūdus hic totus est. Figulus autem qui mundi possit habere dominatum: ipse est qui vascula cozpis nostri fecit de limo. Istius itaq̄ figuli ager xpi sanguie empt⁹ ē pegris inq̄ q sine domo patria z toto ozbe exules iactabant: requies christi sanguine prouideꝝ. Istos aūt pegrinos eē dicim⁹ deuotissimos christianos: q renūciātes seculo: nihil possidētes i mūdo: in christi sanguine requiescunt. Sepultura enim christi nihil aliō ē q̄z reges christiani. Cōsepulti. n. sumus: sicut ait apostolus cū illo p baptismū in mozte. Nos ergo pegrini in hoc mundo sum⁹ z tāq̄ hospites in hac luce versamur. HIERO. Qui ēt pegrini eramus a lege z ꝓphetis prauo iudeoz̄ studio suſcepimus in salutē. ORIGE. Uel pegrinos dicim⁹ q vsq̄ ad finē extranei sunt a deo: nam iusti cōsepulti sunt christo i monumēto nouo qō excisum est in petra. Qui aūt alieni sunt a deo vsq̄ ad finē sepulti sunt in agro figuli ꝓparantis lutuz: qui precio sanguinis ē comparatus et ager sanguinis nominatur. vnde sequitur. Propter hoc vocatus est ager ille achelde mach: hoc est ager sanguinis vsq̄ i hodiernā diē. GLO. Quod referendū ē ad tēpus quo euangelista hoc scripsit. deinde confirmat idē ꝓphetico testimonio dicens. Tunc impletū ē quod dictū est p hieremiā prophetā dicentē: Et acceperunt triginta argenteos precium appreciati quem appreciauerunt a filys israel: z dederunt eos in agz figuli: sicut cōstituit mihi dominus. HIERO. Hoc in hieremia penitus non inuenitur: sed in zacharia qui penultimus ē duodecim ꝓphetaz̄ quedā similitudo refertur: z q̄z sensus non multum discrepet: tamē ozdo z verba diuersa sūt. AVGV. de cōcoz. euā. Sigs ergo putat ideo fidei euāgeliste aliqd derogandū: primo nouerit nō oēs codices euāgelioz̄ hēre: q̄ p hieremiā dictū sit: sed tantummodo per ꝓphetā. Mihi aūt hec nō placet defensio. quia z plures codices habent hieremie nomē z antiquiozes z nulli fuit causa cur adderet hoc nomē: z mēdositas fieret. Cur āt tolleret fuit vtiq̄ causa vt hoc audax imperitia faceret: predicta questione turbata. Potuit āt fieri vt aio matthei euangelium scribentis pro zacharia hieremias occurreret: vt fieri solet: quod tamē sine vlla dubitatiōe emēdaret sal tē ab his admonitus: qui ipso adhuc in carne viuente hec legere potuerūt: nisi cogitaret recozdatiōis sue que spiritu sancto regebatur: non occurrisse aliud p alio nomē prophete: nisi quia dom⁹ hoc ita scribi constituit. Cur aūt constituerit: prima causa est: qz sic insinuat ita omnes prophetas vno spiritu locutos: mirabili inter se consensione constare: vt hoc multo amplius sit: q̄z si omniū verba prophetarum vno vnius hominis oze demōstrētur: z ideo idubitanter accipi debent quecūq̄ per eos spiritussanct⁹ dixit: z singula esse omniū: z oia singulozum. Si enīz hodie quisq̄z volens alicuius verba iudicare: dicat nomen alterius a quo dicta sunt: qui tamen sit amicissimus illius: cuius verba dicere voluit: z continuo recordatus aliū pro alio se dixisse ita se corrigat: vt tamē dicat: bene dixi: nihil aliud intuens nisi inter ambos eē cōcoz̄diaz̄: quāto magis de prophetis sanctis hoc cōmendāduz fuit. Est ēt alia causa cur hoc nomen hieremie in testimonio zacharie sit manere pmissum: vel potius sanctispiritus auctozitate preceptum sit. Est apud hieremiam: q̄ emerit agrum a filio fratris sui: z dederit ei argentum: non quidem sub hoc nomine pecu: quod positum est apud zachariam triginta argenteis. q̄ aūt ꝓphetiam de tringinta argenteis ad hoc interpretatus sit euāgelista: qō modo de domino completum est: manifestuz est. sz ad hoc pertinere etiam illud de agro empto: quod hieremias dic̄: hinc potest mystice significari: vt non hic zacharie nomen poneretur qui dixit: triginta argenteis: sed hieremie qui dixit de agro empto: vt lecto euangelio atq̄ inuento nomine hieremie: lecto autem hieremia: z non inuento testimonio de triginta argenteis: inuento tamē agro empto admoneatur lector vtrunq̄ conferre: z inde sensuz enucleare ꝓphetie: quomodo pertineat ad hoc quod i domino completuz est. Nam illud quod subiecit huic testimonio Matthe us cum ait: Quem appreciauerunt a filys israel: z dederūt

eos in agrum Figuli sicut constituit mihi dominus: nec apud zachariam: nec apud hieremiam reperitur. Unde magis ex persona euangeliste accipienduz est: z mystice inseruz: quia hoc ex domini renelatione cognouerit: ad hãc rem que de christi precio facta é huiusmodi pertinere prophetiaz. HIERONYMVS de optimo genere interptandi: Absit ergo de pedisequo christi q̃ possit argui de falso: cui cura fuit non verba z syllabas aucupari: sed sententias dogmatum ponere. CHRY. in ho. Legi nuper ī quodã hebraico volumie: quod nazaree secte mihi hebreus contulit hieremie apochryphum: in quo hoc ad verbum scriptuz reperi: sed tamen mihi videtur magis de zacharia sumptũ testimoniũ euangelistarum: z apostolozum moze vulgato: quo verbozuz ordine pretermisso: sensus tamen de veteri testamento proferunt exemplum.

¶ Jesus autem stetit ante presidem z interrogauit eum preses dicens: Tu es rex iudeozũ? Dicẽ illi iesus: Tu dicis. Et cuz accusaret a principibus sacerdotum z seniozibus: nihil rñdit. Tunc dicit illi pilatus: Non audis quanta aduersuz te dicunt testimonia? Et nõ respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur preses vehemẽter.

AVGV. de con. cuã. Finitis his que Matthæus de Juda proditoze interposuit ad ordinẽ narrationis reuertitur dicẽs: Jesus ãt stetit añ pfidẽ. ORIGE. Judex. totiꝰ creatu re constitutꝰ a patre: vide quantũ se humiliauit: vt acquiesceret stare ante iudicẽ tunc terre iudee: z interrogatꝰ est interrogationẽ quã fozsitan oderides aut dubitans pilatꝰ interrogat. vnde sequit: Et interrogauit eum preses dicens Tu es rex iudeoz? CHRY. in ho. Jd pilatus interrogat: quod aduersary contra ipsum cõtinue reuoluebãt. Quia enim sciebant pilatũ nullã curã facientẽ legaliũ: ad publicas accusationes rẽ ducũt. ORIGE. Uel pnunciatiue hoc dixit pilatꝰ. vñ z alibi scripsit in titulo: Rex iudeoz. Principi autẽ sacerdotũ rñdens: Tu dixisti: oblique arguit eius dubitationẽ. Pilati vero sententiã cõfirmat pnũciãtis. vnde sequitur: Dicit ei iesus: Tu dicis. CHRY. in ho. Confessus est se eẽ regẽ: sed celestẽ: vt in alio euangelio manifestiꝰ legit. Regnũ inquit meũ nõ é de hoc mundo: vt neq; iudei neq; pilatꝰ excusationez habeant: huic accusationi insistentes. MYLA. Uel interroganti pontifici: an ipse eẽt iesus christus dixerat: Tu dixisti: quia semper futurũ christuz ex lege ipse dixisset: huic vero legis ignaro interroganti an ipe esset rex iudeozum dicitur: Tu dicis: qa per fidez presentis cõfessionis salus gentiũ est. HIERO. Attende autem q̃ pilato qui inuitus promebat sententiã aliqua ex parte respondit: sacerdotibus autem z principibus sacerdotũ respõdere noluit: indignos eos suo sermone iudicans. vnde sequitur: Et cũ accu. a prin. sacer. z senio. nihil rñdit. AVGV. de con. euan. Lucas autẽ ipsa crimina que accusantes obiecerunt aperuit: dicit enim: Ceperunt illum accusare dicentes: Hunc inuenimus subuertentez gentem nostrã z prohibentem tributa dari cesari: z dicentẽ se christũ regez eẽ. Nihil autẽ interest ad veritatez quo ordine ista rettulerint: sicut nihil interest si aliꝰ aliud tacet qõ alius commemorat.

ORIGE. Accusatus autem iesus sicut tunc illis nihil respondit: sic nec z modo. non fit enim eis verbũ dei: sicut aliquando fuerat ad prophetas: sed neq; dignum erat vt pylato interroganti responderet: qui non habebat permanens z firmum de christo iudiciuz sed ad contraria trahebatur. vnde sequit: Tunc dicit ei pilatus: Non audis quanta aduer. te dicunt testimonia? HIERO. Gentilis quidẽ ẽ qui contẽnit iesum: sed causam refert in populum iudeozum. CHRY. ibo. Jõ autẽ hoc dicebat: quia volebat eũ liberare: dũ se excusãdo responderet. Sequitur. Et non respon. ei. ad vl. verbũ: ita vt mira. preses vehemẽter. Quia. n. multas habentes demonstratões ex ipsis rebꝰ: vtutis z mãsuetudinis eius z humilitatis. tñ in ipsũ indignabanť: z puerso iudicio agebantur cõtra ipm: ppter hoc nihil respõdet. z si aliquando respondet: breuia quidem dicit: ne ꝓtinna ta citurnitate pertinacie opinio de ipso accipiat. HIERO. Uel ideo iesus nihil rñdere voluit: ne crimen dilues diuiteret a preside z crucis vtilitas differret. ORIGE. Miratus est aũt preses ꝓstantiã eius: fozsitan sciẽs q̃ idoneus eẽt pnunciare crimẽ: z tamẽ videbat eũ in trãgilla z quieta sapiẽtia z grauitate nõ turbabili stare: sed z vehemẽter miratur. Dignũ enĩ ei videbať magno miraculo vt exhibitus christus ad criminale iudiciuz: imperturbabilis staret ante mortem: q̃ apud oẽs hoies terribilis estimatur.

¶ Per diem autem solennem consueuerat preses populo dimittere vnum vinctum quẽ voluisset. Habebat autem tunc vnum victum insignez qui dicebatur barrabas. Congregatis ergo illis dixit pilatus: Quem vultis dimittaz vobis? barrabaz an iesuz qui dicitur christus? Sciebat enĩ q̃ per inuidiam tradidissent eum. Sedente autẽ illo ꝓ tribunali misit ad eũ vxor eius dicens: Nihil tibi z iusto illi. Multa enim passa suz hodie per visum propter eum. Principes autez sacerdotum z seniozes persuaserunt populis vt peterent barrabam: iesum vero perderent. Rñdens autem preses ait illis: Quẽ vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barrabam. Dicit illis pilatꝰ: Quid igitur faciam de iesu qui dicitur christus? Dicunt omnes: Crucifigaťur. Ait illis preses: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes: Crucifigatur. Uidens autem pylatꝰ q̃ nihil proficeret sz magis tumultꝰ fieret. accepta aqua lauit manus coram populo dicẽs: Innocens ego sum a sanguine iusti huius: vos videritis. Et rñdens vniuersus populus dixit: Sanguis eius super nos: z super filios nostros. Tunc dimisit illis barrabam: iesum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur.

CHRY: in homi. Quia christus ad accusationẽ iudeozũ nihil responderat: per quod posset eũ pilatus ab accusationibus iudeozum excusatum habere aliud machinat: q̃ qõ eum liberare possit. vnde dicitur. Per diem autem solẽne consue. pre. dimit. po. vin. vnum quẽ voluisset. ORIGE. Sic enim quasdã gratias prestãt gentes eis quos subyciũt sibi: donec cõfirmet super eos iugum ipsozum. tamen consuetudo hec aliquando fuit apud iudeos. Saul enim nõ interfecit ionathã: omni populo petẽte eũ ad vitã. CHRY. in homi. Per hanc autem consuetudinẽ christũ eripere tentauit: vt neq; vmbram excusationis iudei sibi derelinquãt: manifestus homicida in cõparatione christi adducitur: de quo sequitur: Habe. aũt tũc vnũ vinctũ insignẽ q̃ dicebat barrabas. Non simplr dicit latronẽ: sed insignẽ: hoc é i malicia diffamatum. HIERO. Iste barrabas in euãgelio qõ inscribiť iuxta hebreos: filiꝰ magistri eoz interptat: q̃ propter seditionẽ z homicidiũ fuerat cõdemnatꝰ. Offert autẽ optionem eis pilatus dimittendi quem vellent: latronem an iesum: non dubitans iesum potiꝰ eligendũ. vñ sequitur Cõgre. ergo illis dixit pilatus. Quẽ vultis dimittam vobis

barrabam an iesum qui dicitur christus: CHRY.in ho. quasi dicat. Si nō vultis sicut innocentē dimittere: saltem ordenatū festiuitati dimittatis. Si enī oportebat īpctis manifestis existētē dimittere: multomagis in dubys. Vide ātē ordinē cōuersuz: Petitio pro condemnatis solet eē plebis: cōcessio autē pricipis: nūc aūt cōtrariū gestū est. pnceps. n. petit a plebe: ⁊ plebs ferocior reddit. GLO. Quare autez pilat⁹ ad liberationē christi laborauit manifestat euāgelista cū subdit: Sciebāt. n. q⁹ per inuidiā tradidissent eū. REMI. Que aūt iniuria fuerit ioannes manifestat: qui narrat eos dixisse: Ecce mundus totus post eū vadit: ⁊ si dimittim⁹ eū sic: oēs credent in eū. Notandū etiā qz loco ei⁹ qō matheus dicit: An iesuz qui dicitur christus. Marcus dicit: Vultis dimittaz vob regez iudeoꝝ: soli nanqz reges iudeorum vngebant: ⁊ ab ipsa vnctione xpi vocabāt. CHRY. in homi. Deinde subdit aliud qō sufficiēs erat oēs a passione reuocare. Segt enī: Sedente aūt illo p tribunali: misit ad eū vxor eius di. Nihil tibi ⁊ iusto illi. Cū demōstratione enī que erat a rebus: ⁊ sōnus non puū qd erat. RABA. Nōndū vo qz tribūal iudicis: sedes ē iudicis: soliū regū: cathedre magrōz. In visiōib⁹ aūt ⁊ sōnys gentilis viri vxor boc intellexit: qō iudei vigilātes nec credere nec intellige re voluerunt. HIERO. Nota ēt q⁹ gentilibus sepe a deo somnia reuelantur. ⁊ q⁹ in pilato ⁊ vxore ei⁹ iustū dīm confitētib⁹ gētilis populi testimoniū sit. CHRY. i ho. Ez ē gra nō ipse pilat⁹ somniū videbat: qz illa magis digna erat: vel qz si pilatus vidisset: nō equal'r sibi creditū eēt: vl' forte neqz dixisset: ppter hoc dispēsatur a deo q⁹ mulier vidit: vt manifestū oībus fieret. Et nō simpl'r videt: sed ⁊ patit multa. Segtur. n. Multa. n. passa sū ho. per vi. ppter eū: vt. s. a passione que erat ad vxorē: desidioz fieret vir circa occisionem: sed ⁊ tempus nō paz cōferebat. eteniz eadē nocte vidit. AVGV. in ser. de pas. Sic ergo iudex terret in coniugē: ⁊ vt crimini iudeoꝝ non prebeat in iudicio consensuz: p tulit in vxoris afflictōe iudiciū: iudicat ipse q iudicat: ⁊ torquetur antecq torqueat. RABA. Vel aliter: Nūc demū diabolus intelligens per xp̄z se spolia sua amissuꝝ: sicut prius per mulierem mortē intulerat: ita p mulierē vult xp̄z de manibus iudeozuz liberare: ne per eius mortez: mortis amittat imperiū. CHRY. in ho. Nihil autē premissozuz christi aduersarios mouit: quia eos omnino inuidia exceca uerat. vnde ex propria malicia plebez corrumpūt. ⁊ hoc est quod sequitur: Principes aūt ⁊ seni. persuasē. populo vt peteret barra: Je. vo perderent. ORIGE. Et est videre nunc quō populus iudeoꝝ a senioribus suis: ⁊ iudaice culture doctorib⁹ suadetur: ⁊ excitatur aduersuz iesuz vt perdant eū. Sequit. Respon. aūt preses ait illis. Quez vul. vo. de duo. dimitti: GLO. Respōdisse autē dicit pilat⁹ hec dicens: si ue ad ea que vxor nūciauerat: siue ad petionē populi: q iuxta consuetudinem aliquem in die festo sibi dimitti petebant. ORIGE. Turbe aūt quasi fere que spaciosaz ambulant via: voluerūt sibi barrabā habere solutū. vñ subdit. At illi dixe. barrabā. Ideo gens illa habet seditiones ⁊ homicidia ⁊ latrocinia sm quosdaz gentis sue in reb⁹ que foris habentur: Ez aūt oēs int⁹ in aīa. Ubi. n. non est iesus: illic lites ⁊ p̄dēis sunt. vbi aūt est: ibi sunt oīa bona ⁊ paz. Oēs etiam q iudeis sunt similes vel in dogmate vel in vita: barrabaz sibi solui desiderāt. Quicunqz enī mala agit: solutus est in corpore eius barrabas. Ubi xp̄s⁹ aūt vinctus. Qui aūt bona agit xp̄z habet solutū: barrabā vinctū. Voluit aūt pylat⁹ pudorē tante inigtatis eis icutere. vñ segtur. Dicit il. pyla. Quid igit fa. de ie. q dicit christus. Nō solū aūt hoc: sed ⁊ mensuraz colligere volēs ipietatis eoꝝ. Illi ātē nec hoc erubescūt q⁹ pylatus iesuz christū eē cōfitebāt: nec modū impietatis seruāt. vñ segt: Dicūt oēs: Crucifigat. In quo multiplicauerunt ipietatis sue mēsurā: nō solū homicidā postulātes ad vitam: sed etiā iustum ad mortē: ⁊ ad mortē turpissimā crucis. RABA. Pendentes siquidē in ligno crucifixi: clauibus ad lignū pedib⁹ manibusqz confixi: pducta morte nec abant ⁊ diu viuebāt in cruce: nō quia lōgioz vita eligebat: sed qz mors ipsa protendebat: ne doloz citius finiretur. verum iudei de morte pessima cogitabāt: sed a domino nō intelligentibus eis electa erat. ipsam. n. crucē diabolo supato erat tāq tropheū in frōtibus fideliū posit⁹. HIERO. Cū aūt hoc rūderēt: nō statiz accepit: sed iuxta suggestionē vxoris que mādauerat: Nihil tibi ⁊ iusto illi. Ipse quoqz re spōdit. vñ segtur: Ait illis pr̄ses: Quid. n. mali fec̄: Voc dicendo pilat⁹ absoluit iesum. Sequitur: At illi magis clamabāt dicētes: Crucifigat. Ut ipleret qō in psalmo dicit. Circūdederūt mecanes multi: cōgregatio malignātiū obsedit me. Et illō bieremie: Facta ē mihi hereditas mea: sicut leo in silua: dederūt sup me vocē suā. AVGV. de con. euan. Sepius aūt pilat⁹ cū iudeis egit: volens vt dimitteretur ie sus qō paucissimis verbis testat matthe⁹ cū subdit: Videns pila. ga nihil pfice. sed magis tumultus fieret. qō non vicerit: nisi multum ille conat⁹ fuisset: quātus tacuerit quotiēs hoc tentauit vt erueret iesum furoi eoꝝ. Sequit: Accepta aqua latuit manus coā populo dicens: Innocens ego sum a san. iusti huius. REMI. Mos. n. erat apud antiquos vt cū vellet qs se ostēdere imunē ab aliquo crimine: accepta aq̄ lauaret man⁹ suas coā populo. HIERO. Pilat⁹ ergo accepit aquā iuxta illud prophetic̄: Lauabo inter innocentes man⁹ meas: quodāmodo in hoc cōtestans ⁊ dicēs: Ego quidē innocētē volui liberare: sed qm̄ seditio oriť: ⁊ rebellionis mihi cōtra cesarē crimē impingitur: innocens sum a sanguine iusti huius. Judex ergo q cogit contra dominū ferre sententiā: nō damnat oblatū: sed arguit offerentes: iustū eē pronūciās eū q crucifigēdus ē. Sequit: Vos videritis. q. d. Ego minister legū suaz: vox vestra sanguinez fundit. Sequitur. Et respon. vni. po. dixit. San. ei⁹ sup nos ⁊ su. fi. nostros. Perseuerat vsqz in pñtē diē hec īprecatio sup iudeos: ⁊ sanguis dñi nō auferť ab eis. CHRY. in ho. Intuere autē ⁊ b iudeoꝝ multā insaniā. coꝝ. n. ipetus ⁊ pniciosa cōcupiscētia nō pmittit eos que oportet inspicere ⁊ sibi maledicunt di. Sanguis eius super nos: qd ad filios maledictionem attrahunt di. Et sup filios nostros. Ez tamen misericors deꝰ eoꝝ sententiā nō firmauit: sed ex eis ⁊ eoꝝ filys suscepit q penitentiā egerunt. eteniz ⁊ paulus ex ipsis fuit: ⁊ multa milia eoꝝ q in hierosolymis crediderunt. LEO papa. in ser. de pas. Excessit ergo pilati culpam facinus iudeorū: sed nec ipse euasit reatum qui reliquit ppriū iudiciū: ⁊ in crimen transiuit alienū. sequitur. n. Tūc dimi. il. bar. Jesum autem flagellatū tradidit ut crucifigeret. HIERO. Sciēdū ē aūt pylatū romanis legib⁹ ministrasse quibus sancituz ē: vt qui crucifigit prius flagellis verberetur. Traditur igitur Iesus militibus verberandus: ⁊ illud sanctissimum corpus pect⁹ dei capax flagellis secuerūt. AVGV. in ser. de pas. Ecce dominus aptat ad vbera: ecce iā ceditur. rupit sanctā cutē violentia flagellorum repetitis ictibus crudelia verbera scapularum terga conscindunt. Prohdolor iacet extensus ante hominem deus: ⁊ supplicium patitur rei: in quo nullus peccati vestigium potuit inueniri. HIERO. Hoc autem factum est: vt quia scriptum erat: Multa flagella peccatorum: illo flagello nos a verberibus liberemur. In lauacro etiā manuū pilati: gentilium omnia opera purgantur: ⁊ ab impietate iudeoꝝ nos alieni efficimur. HYLA. Hortantibus autem sacerdotibus populus barrabam elegit: qui interpretatur patris filius: in quo archanuz future infidelitatis ostenditur: christo antichristū peccati filium preferēdo.

RABA. Barrabas etiam qui seditiones faciebat in turbis: dimissus est populo iudeorum. i. diabolus qui vsqz hodie regnat in eis: ⁊ iccirco pacem habere non possunt.

¶ Tunc milites p̃sidis suscipiẽtes iesum i p̃torio: congregauerunt ad eũ vniuersam cohortem: & exuẽtes eũ: chlamidẽ coccineã circũdederunt ei. Et plectẽtes coronã de spinis posuerũt super caput eius: & arundinẽ in dextra ei⁹: & genu flexo ante eũ: illudebãt ei dicẽtes: Aue rex iudeorum. Et expuentes in eũ acceperunt harundinem & percutiebant caput eius.

AVGV. de cõcor. euan. Post accusatões christi: consequens est vt ipsaz domini passionẽ videam⁹: quaz matthe⁹ sic incipit. Tũc milites p̃sidis suscipiẽtes iesuz i pretorio congregauerũt ad eũ vniuersaz cohortẽ. HIERO. Quia enĩ rex iudeo⁹ fuerat appellatus: & hoc ei scribe & sacerdotes crimẽ obiecerãt: q⁹ sibi in populo israel vsurparet imperiuz: illudẽtes hoc faciũt vt nudatũ p̃stis vestib⁹ induãt chlamydẽ coccineã p̃o rufo lĩbo quo reges veteres vtebãtur: & p̃o diademate imponãt ei coronã spineã: p̃o sceptro regali dent calamũ: & adorẽt q̃si regẽ. & hoc est qõ subditur. Et exue. eũ chlamy. cocci. circũ. ei: & plectẽ. coro. de spinis.

AVGV. de con. euan. Per hoc aũt intelligit̃ ¶ Parcum dixisse idutũ purpura. Pro regia enĩ purpura chlamys illa coccinea ab illudentibus adhibita erat: & est rubra quedaz purpura cocco simillima. Potest etiã fieri: vt purpurã etiã marcus cõmemorauerit quã chlamys hẽbat: q̃uis eẽt coccinea. CHRY. in ho. Que igitur erit nobis cura ō reliquo si contumelias ab aliquo patiamur: postq̃ christus hoc passus est: Eteni quod fiebat in xp̃m vltimus termin⁹ contumelie erat: nec vna pticula tñ: sed vniuersũ corp⁹ patiebatur iniurias: caput per coronã & harundinẽ & colaphos: facies q⁹ inspuebaẽ: gene q⁹ alapis cedebanẽ: corpus totũ p flagella. Et q⁹ denudatũ est p circũdatões chlamydis & p fictã adorationẽ: man⁹ p harũdinẽ quã dederũt ei p sceptro: acsi timerẽt ne aliquid p̃termitterent grauissime p̃sumptionis. AVGV. de con. euan. Apparet autẽ matthẽũ recapitulando ista cõmemorasse: nõ quo tũc factũ sit: cũ eum pylatus crucifigendũ tradidisset. Joannes enĩ anteq̃ diceret: q⁹ eum pylatus crucifigendum tradiderit ista ꝓmemorauit. HIERO. Nos aũt oia hec itelligam⁹ mystice. Quõ enĩ cayphas dixit: Oportet vnũ hominez mori ꝓ oĩbus: ne sciens quid diceret: sic & isti quodcũq; fecerũt: lz alia mente fecerint: tamen nobis q credim⁹ sacramẽta tribuebant In clamyde coccinea: opa gentiuz cruẽta sustẽtat. In corona spinea maledictũ soluit antiquũ. In calamo venenata occidit aialia: siue calamũ tenebat in manu: vt sacrilegiuz scriberet iudeoz. HIERO. Uel alr: Susceptis oĩb⁹ corporis nostri infirmitatib⁹ a dño: oẽ deinde nostz gbus regnũ secũ erat debitũ: sanguine cocci colore perfundit̃. Spinis quoq; i. cõpungentiũ quõdã pctis gentiũ coronat̃: ẽ. n. acule⁹ in spinis: ex gbus xp̃o victorie corona cõtexit̃. In calamo vero carũdem gentiũ infirmitas atq; inanitas manu cõprehensa firmat̃: quin etiã capiti ei⁹ illidit̃: vt ifirmitas gentiũ manu xp̃i cõprehẽsa etiã i deũ patrẽ: qui caput ei⁹ ẽ: cõquiescat. ORIGE. Uel calam⁹ mysteriũ fuit q⁹ p̃ius̃q; crederem⁹ cõfidebam⁹ i virga harũdinea egypti: vel cuiusc̃ũq; regni cõtrary deo quẽ accepit: vt triũphet eũ in ligno crucis. Percutiũt aũt cũ hoc calamo caput xp̃i iesu: qm̃ sp regnũ illud verberat deũ patrẽ caput saluatoris. REMI. Uel alr: Per chlamydẽ coccineaz caro domini designat̃ q̃ rubra dicit̃ ꝓpter sanguinis effusionẽ: p spineã coronaz susceptio peccatoz nostroz: q⁹ in similitudinẽ carnis peccati apparuit. RABA. Calamo igit̃ christi caput pcutiũt: q⁹ diuinitati ei⁹ cõtradicẽtes: errorẽ suũ auctoritate sancte scripture: que calamo scribit̃ cõfirmare conant̃. Spuũt i faciẽ ei⁹ q p̃tiã gr̃e illius verbis execrandis respuũt: & iesum in carne venisse denegãt. Falso aũt illũ adorant q i eũ credũt sed puersis actibus despiciũt. AVGV. de cõ. cuã. Qe aũt dñz in passione exuerũt veste, ppriã & iduerũt fucatã: figurati sunt heretici: q eũ dicũt vez corp⁹ nõ habuisse sed ficti.

¶ Et postq̃ illuserũt ei: exuerunt eũ chlamyde & iduerũt eũ vestimẽtis eius: & duxerũt eũ vt crucifigerẽt. Exeuntes autẽ inuenerunt hominẽ cyreneum nomine simonem: hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locuz q dicitur golgatha: quod est calvarie locus. Et dederunt ei vinum bibere cuz felle mixtum: Et cũ gustasset nolut bibere.

CHRY. Hoc ät dñs ꝓmisit pp p̄ez pueri: vt cū vexatē ōmonē videret̄: ad fidē futuro miracl'o traherēt̄. THEO. Permittit ēt vexari puez: vt ex hoc scirem⁹ demōis ipiets tē: q occidiss̄z eū nisi fuiss̄z a dño adiut⁹. Sequit̄: Et iter. pa. ei⁹. Quātū tē. ē ex quo hoc ei acci. At ille ait: Ab īfā. ⁊ fre. eū ī ignē ⁊ in aq. mi. vt eū p. BEDA. Erubescat iulian⁹ q dice re audet oēs hoies absq; pctī ctagiōe nasci ī carne tāq; ino cētes p oīa: vt fuit adā qñ creat⁹ ē. Quid. n. būit iste puer vt ab īfātia demōio vexaret̄ acerbissimo: sī nullo original'pcti vinculo tenebat̄: q⁹ ꝓtat illū adhuc ꝓpriū nō bēre potuisse pctm̄? GLO. Exꝓmat āt ī vbis sue petitiōis fidei defectū vñ subdit: Sz sīgd po. adiu. nos mi. no. Cū. n. dic̄: Sīgd po tes māifestat se de ei⁹ potētia dubitare: q⁹ viderat filiū suū a discipul' xp̄i curatū nō eē. Hic̄ aūt Mistus nr̄i: vt desigua ret miseriā fily q patiebat̄: ⁊ p̄ris q ꝓpatiebat̄. Segt̄: Jesus āt ait illi: Si po. cre. om. pos. sūt cre. HIERO. Libertatē arbitry hoc īdicat q̄d dic̄: Si potes. Que āt sunt oīa q̄ possi bilia sunt credēti: nisi q̄ ī noīe iesu. i. salutis postulant̄ cū la/chrymis. BEDA. Aptū āt rñsuz dñs dedit petēti. Jpe. n. ait: Sīgd potes adiuua nos: Et dñs: Si potes īgt credere. At ꝓtra leprosus q fideliter clamabat: Dñe si vis potes me mūdare: cōgruum sue fidei accepit rñsum: Volo: mūdare. CHRY. Qō āt dic̄ tale ē: Tāta ē vtutis apō me supabūdā tia: vt nō solū hoc possīz: sz ⁊ alios hoc faciā opari. q̄re si ere diderīs vt oz: ⁊ hūc ipe curare poteris: ⁊ alios mltos. Hic q cū ad fidē reducebat: q adhuc de īfidelitate logt̄. vñ segt̄: Et cō. excla. p̄r pu. cū la. aiebat: Credo dñe: adiu. icredu. me am. Sz si crediderat dicēs: Credo: quō subdit: Adiuua icre dulitatē meā? Dicam⁹ igr̄ q⁹ m'tiplex ē fides: ītroducit oīa .s. ⁊ pfecta. Dic āt īcipiēs credere saluatorē deprecabat̄: vt ap ponere reliquū ad suā vtutē. BEDA. Nemo. n. repēte fit summ⁹: sz ī bona ꝙuersatōe a minimis q̄sq; īchoat: vt ad ma gna ꝓueniat. Alia nāq; sūt vtutis exordia: aliō pfect⁹: aliud pfectio. Qz igr̄ p occultā īspiratiōnē gr̄e merito⁹ suoz gra dib⁹ fides crescit: vno codēq; tpe is q necdū pfecte credide rat: simul ⁊ credebat: ⁊ icredul⁹ erat. HIERO. Per hoc ēt mōstrat̄ q⁹ credulitas nr̄a īfirma ē: nisi inīra subsistat ad iutoziō subsidy ōi. Fides aūt cū lachrymis optata vota ca pit. vñ segt̄: Et cū vi. iesus cōcur. tur. cōmi. ē spi. īmū. di. illi: Surde ⁊ mu. spi. ego tibi p̄ci. exi ab eo: ⁊ amplius ne ītro. in eū. THEO. Jō āt cū videret turbā ꝓcurrere: ꝓminat̄ est spūi īmūdo. nolebat. n. cozā turba curare: vt oīs tatiōnē fuge re doceret. CHRY. Qz āt cōminat ⁊ dixit: Ego tibi p̄cipio diuine attribuit ptāti. Qz vō dic̄ nō solū: Exi ab eo. sz et am plius noli ītroire ī eū: oñdit q⁹ ad reitrādū pmptus erat: q⁹ ille nōdū erat ī fide pfect⁹: sz B dñi iussio ībebat. Segtur Et exclama. ⁊ mul. dis. eū exyt ab eo: ⁊ fact⁹ ē sīc̄ moz. ita vt mul. di. q⁹. moz. est. Non. n. valuit mortē diabol⁹ ꝓponere pp vere vite aduentū. BEDA. Que autez hostis ꝓpius morti sīl'z reddidit: hūc p̄i⁹ saluato⁹ pie dextere tactu sal/

uauit.vnde seqr: Jesus aũt te.ma.eius cle. eũ ꝛ sur. Ex quo sicut vex se eẽ deum potẽtia saluãdi docuit: ita ꝛ verum se habuisse carnis nãz moze tactꝰ humãi ỏclarauit. Negat nãz Manes ifanꝰ vaciter eũ carne idutũ fuisse .ſz ipse cũ tot laguentes suo tactu erexit mũdauit: illumiauit: beresiz illius anteqz nata eẽt dãnauit. Seqr: Et cũ itro.i do.di.eiꝰ se.i ter.eũ: Quare nos nõ po.ey. CHRY. Timebãt.n. ne foz te collocatã sibi gr̃az amisissent.recepant.n.tãtã iã spirituũ inũdoꝛ. Seqr: Et di.il. Hoc ge.i nul.põt exi. Ni.i oro.ꝛ ie. THEOPHI.s.lunaticoꝛ: vl simplr oiuz ỏmõioꝛ genꝰ. Qz nãqz iciunare eũ q curari dz ꝛ illũ q curat. Sic.n. va oro pficit: cũ ꝛiũgit oroni ieiuniũ: qñ ñ grauat q ozat ex sũptõe ciboꝛ: ſz sozbi ẽ. BEDA. Mystice ãt dñs sursũ discipul mysteria regni reserat: deoꝛsũ turbis pctã infidelitatis exprobrat: ꝛ spũs malos ab his q vexant expellit. Naz carnales adhuc ꝛ isipiẽtes ꝛfortat: docet: castigat: ꝛ pfectõez libe ri ỏ eternis istruit. THOPHI. Demõ ãt iste surdꝰ ꝛ mutũ nõ vult alios qõ cõdecens ẽ docere. CHRY. Pecca tor ãt spumat stultitia: stridet iracundia: aresçit ignauia. Di scerpit aũt spũs appꝛopinq̃ntẽ ad salutẽ: ꝛ silr quos ventrẽ suũ trabere ỏsiderat: diſcerpit p terroꝛes ꝛ dãna vt feẽ iob. BEDA. Sepe.n. dum ꝛuerti ad deũ post pctã conamur: maioꝛibꝰ nouisq̃ antiq hostis pulsamur insidys: qõ facit: vt vel odiũ vtutis icutiat: vl expulsiõis sue vidicet iniuriam. GREGO. ꝛ.moza. Uelud moztuꝰ ãt oñdit: qꝛ a maligni spũs ptãte liberaꝛ: qꝛ qsqs iã terrena ỏsideria subegit: vitã i se carnalis ꝛuersatois extiguit. ꝛ mõ moztuꝰ apparet: quẽ multi moztuũ dicũt: qꝛ q spiritualr viuere nesciũt euz q carnalia bona nõ sequit extictum fundit arbitrantur. HIERO. Per hoc aũt q ab infantia vexatꝰ ẽ: significaꝛ gẽtilis pplus: cuiꝰ a natiuitate creuit cultus iutil idoloꝛ: vt stulte immolaret filios suos demonys: Uñ dr: q in ignẽ ꝛ aquaz eũ misit. Aly.n. de gẽtibus ignen venerabantur: aly aquaz. BEDA. Uel i hoc demõiaco siginficanꝛ q oziginal culpe reatu astricti veniũt in mundũ: rei fm gr̃am saluãdi. Ignis aute ad feruoꝛẽ irauciũdie referẽdꝰ ẽ: aq̃ ad voluptates carnis que dissoluere mẽtẽ p delitias solẽt. Nõ aute pnero qui cantẽ emẽdare desiderat: vitium vtiq; icrepãdo ꝛ execrando dz exterminare: ſz hoiez amãdo refouere. HIERO. Imputat aute dñs spũi qõ bõi pstat dicens: Surde ꝛ mute spũs, qꝛ ille nũq̃ audiet nec loquet, qõ peccatoꝛ penitẽs audit ꝛ loquit: Exiẽs aute demõ ab hoie: nũq; reuertur: si hõ coꝛ suũ serauerit clauibꝰ humilitatis ꝛ charitatis ꝛ ostium obtinuerit immunitatis. Factꝰ ẽ hõ sanatꝰ velud moztuꝰ. Sanatis et eni dr: Moztui estis: ꝛ vita vestra abscõdita ẽ cum christo i deo. THEOPHI. Gz si iesus.i. euãgelicꝰ sermo teneat manũ.i. vtutẽ actiuã: tũc a demone liberabimur. Ui de etiã q pmo deꝰ nos iuuat: deide regritur a nobis q bonũ opemur. Uñ dr q iesus eleuauit illum: i quo oñdit dei auxiliũ ꝛ surrexit: in quo mõstraꝛ hois studium. BEDA. Dũ aũt docet dñs aplos qũo demõ nequissimus debeat expelli: oẽs instituit ad vitam: vt.s. nouerimꝰ grauioza queqz: vel immundoꝛ spũuz: vel hoiuz tentamẽta: ieunys ꝛ ozõni b̃ eẽ supanda. Jrã quoqz dñi cũ in vltionẽ celerũ nr̃oꝛ fuerit accẽſa: hoc remedio singulari posse placari. Jeiunium ãt gnãle ẽ nõ solũ ab escis: ſz ꝛ a cũctis illecebꝛis abstinere carnalibus: imo ab oibꝰ vitioꝛ passionibus. Sic ꝛ oro gnãl nõ soluz i vbis ẽ qbꝰ diuinã clemẽtiã i uocamꝰ: vex etiã in oibus q̃ i obseguz nr̃i ꝛditoꝛis fidei deuotione gerimꝰ teste aplo qui ait, Sine itermissiõe ozate. HIERO. Uel stultitia que ad luxuriã carnis ptinet sanaꝛ. Ira ꝛ ignauia ozatione depelliꝛ. Medicina cuiusq vulneris adhibẽda ẽ ei. Non sanat oculũ: qõ calcaneo ad bibetur: Jeiunio passiões coꝛporis: ꝛ oratione pestes sanãde sunt mentis.

¶ Et ide pfecti ꝓtergrediebãt galileã; nec volebãt q̃q̃z scire. Docebat ãt discipl̃os suos ꝛ dicebat ill̃: Qñ filiꝰ hois tradet i manꝰ hoiuz ꝛ occidẽt eũ: ꝛ occisus tertia die resurget. At illi ignorabãt verbũ: ꝛ timebãt iterrogare eũ. Et venerũt capharnaũ q cũ domi cẽnt iterrogabãt eos: Quid i via tractabatis? At illi tacebãt. Siqdẽ i via iter se disputauerãt. qs coꝛ maioꝛ eẽt. Et residẽs vocauit xp̃m. ꝛ ait illis: Siqs vult primus eẽ: erit oiuz nouissimus: ꝛ oiuz minister. Et accipiẽs puex statuit eũ i medio coꝛ: quẽ cũ cõplexus esset ait ill̃: Quisqs vnum ex hmõi pueris receꝑit in noie meo: me recipit. ꝛ qcũqz me suscepit: nõ me suscipit: sed eũ qui misit me.

THEO. Post miracla iterpõit dñs fmonẽ ỏ passiõe: ne putaret q̃ iuolũtarie passus ẽ. Uñ dr: Et in. p. ꝓter gal. nec vo. quẽ. sci. i. se ibi eẽ. Bo. ãt di. su. ꝛ di. il. qñ fi. ho. tra. i ma. ho. ꝛ oc. eũ. BEDA. Spꝑ pspis miscet tristitia: vt cũ repẽte venerit: ñ terreãt aplos: ſz pmeditatis aĩs ferãt. THEOPHI. Postq̃z vo dixerat q̃ triste erat: tũc adiũgit qõ letificare dz. Uñ seqr: Et oc. ter. die re. vt discerem⁹ ex b̃ q̃ post angustias letitie subsequunt. Seqr: At illi ign. ver. ꝛ ti. eus iter. BEDA. Dec ignozantia discipuloꝛ: non tam de tarditate igeny: q̃ de amoze nascit saluatoris: qui carnales adhuc ꝛ mystery crucis ignari quẽ deũ vex cognouerãt moztuũ credere negbãt. ꝛ qꝛ p figuras eũ loquentẽ sepe audire ꝛsueuerãt: hozrẽtes euẽtũ moztis eiꝰ ẽt in eis q̃ de sua tradi tione ac passiõe apte loq̃bat: figurate aliqd si gnificari volebãt. Seqr: Et venerũt capharnaũ. HIERO. Capharnaum dr villa ꝛsolatiois. ꝛ ꝛgruit iterptatio ad pdictã sniaz q̃ dixerat: Et occisus: ter. die resur. Seqr: Qui cũ domi eẽnt: i terro. eos: Quid i via tractabatis: at illi tacebãt. CHRY. Matthe⁹ ãt dic q accesserũt ad iesũ: discipl̃i dicẽtes: Quisputas maioꝛ ẽ i regno celoꝛ? Nõ. n. ab initio narrationẽ incepit: sed tacuit de itelligẽtia salvatoris circa discipuloꝛ cogitatiões ꝛ dcã: q̃uis possz itelligi q ea ẽt q̃ seoꝛsum cogitabãt aut dicebãt: dicebãt ad eũ: qñ oia erãt ei ita cognita: ac si ad eũ dcã fuissent. Seqr: Sigdẽ iter se i via disputauerãt qs eẽt illoꝛũ maioꝛ. Lucas ãt dic q cogitatio itrauit i discipulos qs eẽt illoꝛ maioꝛ. Cogitationẽ.n. ꝛ intẽtionẽ eoꝛum dñs ex illoꝛ vbis mãifestauit ſz historiã euãgelicã. HIERO. Recte ãt i via tractabãt de ꝓncipatu. Silis.n. ẽ hec tractatio loco. Principatꝰ.n. sic igredit: sic deserit: ꝛ q̃diu tenet: labit: ꝛ icertũ ẽ i q̃ mãsiõe. i. in q̃ die finiat. BEDA. Inde ãt videt oꝛta disputatio discipuloꝛ de ꝓmatu: qꝛ viderãt petꝛ iacobũ ꝛ ioãnẽ seoꝛsuz ductos i mõte: secretũq; eis ibi aliqd eẽ creditũ. ſz ꝛ petro ſz Matt. claues regni celoꝛ eẽ pmissas. Uidẽs ãt discipuloꝛ cogitatões dñs: curat desideriũ glie bũilitate sanare: ꝓmatũ nõ eẽ q̃rendũ: ꝛ pus simplici humilitatis cõmonet ꝓpio. vñ Seqr: Et residẽs vocauit. xp̃m. ꝛ ait ill̃: Siqs vult ꝓmꝰ eẽ: erit oiuz nouissimꝰ. ꝛ oiuz minister. HEIRO. Ubi notãdũ q illi eũtes disputabãt de ꝓncipatu: ipe sedẽs docet humilitatẽ. Principes.n. laborant: hũiles gescũt. CHRY. Appetebãt qdẽ discipuli honorẽ hr̃e aduño. ỏsideriũ ẽt eis ierat vt magnificarent a xp̃o Quãto.n. qs maior ẽ: tãto maioꝛibꝰ honoꝛibꝰ dign⁹ existit pp hoc nõ coꝛ desideriũ ipediit: sed hũilitatẽ introduxit.

THEO. Non.n. vult vt vsurpemus nobis primatus: sed per humilitatem altitudinẽ cõsequamur. Mox aũt monet eos inocẽtie puerilis exẽplo. vñ seqr: Et ac. pu. sta. eũ i me. eo. CHRY. Ipso visu eis persuadẽs humiles esse ꝛ simplices. Eteni ab inidia ꝛ vana glia puulus mũdꝰ extitit: ꝛ a ꝛcupiscẽdo ꝓmatũ. Nõ solũ ãt ait si tales efficiami: merce dẽ magnã accipietis: ſz ꝛ si alios tales honorabitis pp me. vñ seqr: Qnẽ cũ ꝛplexꝰ eẽt: ait ill̃: Quisquis vnuz ex huius

modi pue.re.i no.meo:me recipit. BEDA. In quo vlsim plr paup est christi ab his q volunt eē maiores: p eius ostēdit honore recipiēdos:vel in malitia puulos esse suader: vt simplicitatē sine arrogātia:charitatē sine inuidia:deuotōez sine iracūdia cōseruent. Qz aūt cōplectit̄ pueruz significat humiles suo,dignos eē complexu ac dilectione. Addidit āt In noīe meo.vt formā vtutis quā natura duce puer obseruat:ipsi p noīe christi rōnis industria sequant̄. Sed qz se i pueris recipi docebat:ne putaret hoc esse solū qō videbat̄: subiūxit:Et qcunqz me suscepe.non me su.sz eū qui me misit. Talem sevtiqz ac tantū credi volēs qualis t quātus est pr̄.

THEOPHI. Uide q̄tum valet humilitas pr̄is nanqz t filij inhabitationē meret̄:t etiā spūssancti.

CRndit illi Joannes dicens: Magister vidim⁹ quendā i noīe tuo eijciētē demonia q nō seqtur nos:t phibuim⁹ eū. Jesus aūt ait: Nolite phibere eū. Nemo est enī qui facit virtutem in noīe meo:t possit cito male loq de me. Qui.n.non est aduersum vos pro vobis est. Quisqs.n.potum dederit vobis calicē aque frigide in nomie meo:Qz xpi estis:Amē dico vobis non perdet mercedē suā. Et qsqs scādalizauerit vnū ex his pusill̄ credētib⁹ i me:bonū ē ei magis si circūdaret̄ mola asinaria collo ei⁹ t in mare mitterret̄.

AVGV. Joānes p̄cipua deuotōe dñz amās excludēdū bñficio putauit eū q nō recte vtaf officio. Uñ dr̄: Rndit illi ioānes dicēs: Magister: Uidi.quēdā in nomi.tuo eycie. demo.q nō seqt̄ nos:t phi.eū. CHRY. Multi.n. credēti um charismata recepunt:nec tñ cū xpo erāt:qlis erat hic q demōes eyciebat.nō.n.oēs ad oīa ordiate se bēbāt. Ay.n. erāt pure vite:fidē āt tā pfecte nō bēbāt: alq vo ecōtraris.

THEOPHI. Uēt gdā icreduli videtes nomē iesu virtuosuz:dicebāt t ipsi hoc nom̄:t signa faciebāt:sz diuia grā eēnt idigni.volebat.n.dñs ēt p idignos nomē suū ampliaf.

CHRY. Nō āt zelo seu inuidia mot⁹ ioānes phibebat illū q demōes expellebat:sz volebat q oēs q nomē dñi inuocabāt:seqrent̄ christū:t eēnt cū discipulis vnū. Qz dñs per hos q miracula faciūt:sz sint idigni:alios puocat ad fidē t ipsosmet p hāc ieffabilē gratiā iducit:vt fiāt meliores. Uñ seqt̄: Jesus āt ait: Noli.p.eū. BEDA. In quo docet nemi nē a bono qō ex pte bz eē arcēdū:sed ad hoc poti⁹ qō nōdū bz eē puocādū. CHRY. Decēter āt eū nō eē phibēdum oñdit,sequēter dicēs: Nemo ē.n. qui fa.vir.i nomi meo.t pos.ci.ma.lo.de me. Hoc āt dicit pp eos qui in heresim ceciderūt:qles erat simon t menāder t cherint⁹. neqz.n.illi i noīe xpi miracula faciebāt:sz deceptiōib⁹ qbusdā facere videbant̄. Isti vo tsi nō sequunt̄ nos:nō tñ ō nos aliqd firmiter dicere valebūt:eo qp bonorāt i opando vtutes nom̄ meum. THEOPHI. Qualiter.n.male de me loq̄tur.q ex noīe meo occasionē glie bz:t p hoc qp ipm iuocat miracula opaf̄:Segt̄: Qui.n.nō ē aduer.vos:p vo.ē. AVGV. ō cō.euā. Uidēdū ē:ne B illi smīe dñi videat ꝓriū:vbi ait: Qui mecū nō ē:aduersū me ē.an hoc itereſſe aliqs dicit:qz hic discipul̄ ait: Qui nō ē aduer.vos:p vo.ē. Ibi āt de seipo locutus ē. Qui mecū nō ē:aduersū me ē.q̄si nō possit cū illo non eē:q discipulis ei⁹ tāq̄ mēbris ei⁹ sociaf̄. Aliqn qūo verū erit: Qui vos recipit:me recepit.: Aut pōt ēt nō eē aduersus eū:q fuerit aduersus discipulos suos:nā vbi erit illud: Qui vos spnit:me spnit: Qz nimiz hoc vult itelligi tātū cū illo nō eē aliquē:inquātū ē aduersus illū:t cū illo eē inquātum cū illo ē. Exempli gra:sicut iste q in noīe christi vtutes faciebat:t in societate discipulorz nō erat:inquātū opabaf̄ virtutes i illo noīe:intātū cum ipsis erat t aduersus eos non erat Inquātū vo eorz societati nō adherebat:intātuz cum ipsis nō erat:t aduersus eos erat. Sed qz illi hoc eū facere phibuerūt:in quo cum ipsis erat:dixit eis dñs: Nolite phibere Illud enī phibere debuerūt qō extra eorz erat societatez: vt illi vnitatē eccl̄ie suaderent:nō illud in quo cuz illis erat nomē.s.magri t dñi eorz in expulsiōe demonū ꝓmēdans:sicut eccl̄ia catholica facit:nō ip̄robans,in hereticis sacramēta cōia:sed diuisionē vel aliquā aduersaz paci veritatiqz sē tētiā. In hoc enī aduersus nos sunt. CHRY. Uel aliter. Hoc dr̄ de credētibus in eū:qui tamē ipm non sequunt̄ pp vite laxatōez. Illō aūt de ōmonib⁹ dr̄:qui a deo omnes iudēt separe t cōgregationē ei⁹ dispgere. Segt̄: Quisqs enim po.de.vo.ca.aq̄ fri.in no.meo.qz xpi estis:Amē dico vobis: nō per.mer.su. THEOPHI. Quasi.d. Nō solū bunc q noīe meo miracula opaf̄ non phibeo:sed t quisqs minimū qd ōderit vobis,ppter nomē meū t:recepit vos,ppter me: non ppter humanā grām t mūdanā: nō perdet mercedem suam. AVGV. de ꝓsen.euā. Uñ oñdit qō t ille ō quo Joannes suggesserat nō ita separabaf̄ a societate discipulorz: vt eam tanq̄ hereticus ip̄robaret:sz sicut solent boies: nō dum audere xpi suscipe sacramēta:t tamē noi fauere xpiano:ita vt xpianos etiā suscipiāt:t nō ob aliud nisi q xpiani sunt obsequunt̄:de qbus dicit q nō perdent mercedē suā: nō quia iam tuti atqz securi sibi debeāt videri ex hac benivolētia quā erga xpianos habēt etiā si xpi baptismo nō abluant̄ nec vnitati ei⁹ incorporent̄:sz qz ita iaz dei misericordia gubernent̄:vt ad ea quoqs pueniant:ad que ita securi ō boc seculo abscedant. CHRY. Et ne qs pauptatem allegret: ponit illud quo nō cōtingit egere.s.calicē aque frigide. p̄o quo etiā consequetur mercedē non enim p̄ciū dat:sz dignitas recipientiū t affectus dantiū facit op⁹ dignū mercede. Non solū autē recipiēdos discipulos verbo ostendit ex mercede quā aliqs sequit̄:sed etiā qz retrahit a tormento. Segtur: Et quis.scā.vnū ex his pu.cre.in me:bonū est ei ma.si.cir.mo.asi.col.ei⁹ t in ma.mit.q̄si.d. Si q vos pp me honorāt:mercedē hñt: sic t ihonorātes.i.scādalizātes vltraz accipiēt vltōez. Ex māifestis aūt nob tormētū discribitur itollerabile:faciēs mētōez mole t submersiōis.t nō ait:molam suspēdaf̄ in collo:sz bonū ē ei hoc sultiere:ōmīans qñ eu grauiꝰ aliqd malū expectat. Pusillos āt i se credētes dicit eos q iuocant nomē ei⁹:non solū seqntes ēt eos q calicē frigidū offerūt:t nō opant̄ alia maiora. Ntoz aūt nemīne vt scādaliçari nz supplātari: Hoc.n.ē phibere nom̄ ei⁹ iuocare

BEDA. Recte āt q scādaliçari pōt: pusillus appellaf̄.q .n.magu⁹ ē:qōcūqz passus fuerit nō ōclinat a fide: q aūt pusillus ē aīo t paru⁹: occasiōes q̄rit quo scādaliçef̄. Ppterea oz nos maxīe bis cōsulere qui parui sūt in fide:ne occasiōe nr̄i offēdāt̄ t recedāt a fide:ac ōcidāt a salute. GREGO. sup eçe. Notādū tñ qp in nro bono ope aliqñ cauēdū ē ne dalū ꝓximi:aliqñ āt p nihilo cōtēnendū.inq̄tuz enim sine peccato possum⁹ vitare ꝓximi scādalū debem⁹. Si aūt de vitate scādalū ponit̄ :vtili⁹ pmittit̄ scādalū nasci:q̄ veritas reliquaf̄. GREGO. i pa. Mystice āt i mola asinaria seculares vite circuit⁹ ac labor exp̄mit t p pfundū maris extrema dānatio ōsignaf̄. Qui q̄ ad scitatis spēz deduct⁹ vl vbo cetros destruit: vl exēplo. Deli⁹ pfecto erat vt hūc ad morē sub exteriore hītu terrena acta cōstrigerēt q̄s sacra officia culpa ceteris imitabilez demōstrarent.qz nimiz fi solus caderet:vtrūqz hūc tolerabilior iferni pena cruciaret.

CEt si scādalizauerit te manus tua:abscide illaz Bonū ē tibi debilē itroire i vitā q̄z duas manus hñtē ire i gehēnā:in ignē iextinguibilem: vbi vermis eoz nō morit̄:t ignis nō extinguit̄. Et si pes tuus te scādalizat:amputa illū. Bonū ē tibi claudū itroire in vitā eternaz: q̄z duos pedes hñtem mitti in gehēnā ignis inextinguibilis: vbi vermis

eoꝝ nō moꝛitur: ⁊ ignis non extinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te: eīce eum. Bonū ē tibi luscum ītroire in regnum dei: ꝙ̄ duos oculos habentem mitti in gehennam ignis: vbi vermis eoꝝ nō moꝛit̄: ⁊ ignis non extinguitur. Oīs enim igne salie̅t: ⁊ oīs victima sale salietur. Bonū est sal: Q̄ō si sal insulsum fuerit: in quo illud cōdietis? Habete in vobis sal: ⁊ pacē habete īter vos.

BEDA: Quia supra docuerat dñs ne scādaliçarem⁹ eos q̄ credūt in eū: nūc cōsequēter admonet q̄tū cauere debeamus eos q̄ scādaliçare nos. i. verbo vl̄ exēplo suo ad ruinaꝫ peccati ꝓpellere certāt. vñ dicit: Et si scā. te. ma. tu. abscide. il. ꝙ̄tū ad necessaria ī membꝛoꝝ ordie nos bēm⁹. Nihil. n. tā nociuū vt pniciosa societas. BEDA: Manū gppe nr̄am appellat nociū amicū: cui⁹ auxilio quotidiano op⁹ bēmus: ſz si tal nos ledere in cā aīe voluerit: excludend⁹ ē a nr̄a societate: ne si cū pdito ī hac vita parte bēre volumus: sīl ī futuro cū illo peam⁹. vñ segtur: Bo. é ti. de. ītro. i vi. ꝙ̄ du. ma: ba. ire in ge. i ig. inex. GLO. Debilē dic̄: adintozio alicui⁹ amici ꝓuatū. Nā meli⁹ ē absq; amico ire in vitaꝫ ꝙ̄ cuꝫ eo ire in gehēnā. HIERO. Vl̄ aliter. Bonū ē tibi debilē ingredi ī vitā. i. sine cupito ꝓncipatu: ꝙ̄ duas man⁹ habētem. Due man⁹ ꝓncipat⁹ sunt humilitas ⁊ superbia. abscide superbiā: tenēs humilē ꝓncipatū: CHRY. Deide testimoniū ꝓ pheticū ex esaia pphēta iducit dicēs: Ubi ver. eo. nō mo. ⁊ ig. nō ex. Nō de sensibili verme hoc dic̄: ſz vermē cōsciētiā vocat mozdentē aiaꝫ: q̄ nō sit opata bonū. Unuſq;q;. n. sui ipsi⁹ accusato⁹ fiet: rememoꝛās q̄ gessit in vita moꝛtali: ⁊ sic eoꝝ vermis īmoꝛtalis ꝑmanet. BEDA: Sicut aūt vermis est dolor interi⁹ accusans: sic ignis ē pena extrinsecus deſignat. AVGV. xxi. de ciui. dei: Utrūq; aūt hoꝝ ignē .i. ac vermē q̄ volūt ad aīe penas nō ad coꝛpis pertinere: dicūt ēt vri dolore aīe sero ac īfructuose penitentis: eos q̄ fuerint q̄ regno dei separati. Et ideo ignē ꝓ isto dolore vrente nō cōgrue iponi posse ꝓtēdūt: ſm illō apostoli: Quis scādaliçatur ⁊ ego nō vroꝛ: Ēūdē ēt vermē putāt itelligēdū eē: ſz illud: Sicut tinea vestimētū ⁊ vermis lignum: sic meroꝛ exuras eē nō dubitāt: igne vri coꝛpus: aīam vo rodi quodam mō verme meroꝛis affirmāt. Q̄ō ꝛsi credibili⁹ dr̄: q̄ vtiq; absurdū est ibi dolorē aut coꝛpis aut aīe defutuꝝ. Ego tñ facili⁹ estimo vt ad coꝛp⁹ vtrūq; dicā ptinere ꝙ̄ neutꝝ: ⁊ iō tacitū eē in istis diuine scripture vbis animi doloꝛē: q̄ oīs eē itelligīt vt coꝛpe dolēte animus quoq; cruciet. Eligat g̃ q̄ q̄ placet: aut ignē tribuere coꝛpi: aīe vermē. hoc ꝓprie: illud tropice: aut vtrunq; ꝓprie coꝛpi. Pñt. n. aīalia etiam in ignib⁹ viuere: in ysticō fine ꝛsumptōe: in doloꝛe sine moꝛte. ꝓmiraculū potētissimi creatoꝛis. Segt̄: Et si pes tu. scā. te. BEDA. Pes amic⁹ dr̄ ꝓpter ministeriū discursus q̄si in nr̄is vsib⁹ accōmodatos. Sequitur, Q̄ si oculus tu. scā. te. Oculus dr̄ amic⁹ vtilis atq; sollicit⁹ ⁊ acutus ad pspiciēdū. AVGV. de cō: euā. Hic ꝓfecto apparet: q̄ illi q̄ noie christi sunt deuoti: ⁊ priusq̄ xp̄iano⁹ numero socient̄: vtiles oꝛes sunt q̄ bi q̄ cū iaꝫ xp̄iani appellent̄: ⁊ christianis sacramētis ibuti sunt talia suadēt vt gb⁹ ea ꝑsuaserit: secū ī eternā penā ꝓtrahāt quos mēbꝛoꝝ coꝛpoꝛaliū noīe tāq; manū vel oculū scandaliçantē iubet erui a coꝛpe: hoc ē ab ipa vnitatis societate: vt sine his poti⁹ veniat̄ ad vitā: q̄ cū eis eat̄ in gehēnā. Hoc ipso āt separant̄: a q̄bus sepant̄: q̄ eis mala suadentib⁹ hoc est scādaliçantib⁹ nō ꝛsentiūt. Et si qdeꝫ oīb⁹ bonis cū gb⁹ eis notitia ē: de hac puersitate īnotescūt: ab oī penitus societate atq; ab ipsa diuinoꝝ sacramētoꝝ participatione separent̄. Si āt gbusdā ita noti sunt: plurib⁹ āt ista coꝝ est ignota peruersitas: ita tolerādi sunt: vt neq; illis ad iniq̄tatis cōionē ꝛsentiat̄: neq; ꝓp illos bonoꝝ societas ōserat̄. BEDA. Quia vo dñs tertio mētione vermis ⁊ ignis fecerat: vt hoc valeam⁹ euitare tozmētū subdit. Oīs enim igne salie̅t. Cetoꝛ. n. vermiū de coꝛruptione solet nasci carnis ⁊ sanguinis: iōq; caro recēs sale condit̄: vt exiccato humoꝛe sanguineo vermescere neq̄at. Et qdē qō sale salit̄: vermis putredinē arcet. qō vo igne salit̄. i. ignib⁹ sale aspsis recondit̄: nō solū vermes abycit: ſz ipam quoq; carnē consumit. Caro ergo ⁊ sanguis vermes creat: qz delectatio carnalis cui ꝛdimētū cōtinentie non resistit: penaꝫ luxuriosis generat eternā: cui⁹ fetoꝛē q̄sq; vitare desiderat: ⁊ coꝛp⁹ sale cōtinentie ⁊ mēte studeat cōdimento sapie ab errozis ⁊ vicioꝝ labe castigare. Sal. n. dulcedinē sapie: ignis spūssancti grāz ōsignat. Dic̄ ergo: Oīs igne salit̄: qz oīs elect⁹ sapia spū ali oz a coꝛruptōe ꝛcupiscētie carnal̄ expurgari. Vl̄ ignis ē tribulatōis: quo patiētia fideliū vt pfcm̄ op⁹ br̄e possint exercer̄. CHRY. Sile āt ē huic qō dic̄ apls: Uniuscuiusq; opus q̄le sit ignis ꝓbabit. Postea a leuitico testimoniū introducit di. Et oīs victima salie̅t. HIERO. Victima dñi ē gen⁹ humanū: qō hic rōne sapie salit̄: oū coꝛruptio sanguinis custodia putredinis ⁊ mr̄ vermiū consumet̄: ⁊ illic purgatozio igne examiabit̄. BEDA. Possumus ⁊ ita itellige re q̄ altare ōi sit coꝛ electoꝝ: hostie vo ⁊ sacrificia ī hoc altari offerēda: bona sūt opa fideliū. In oīb⁹ āt sacrificijs sal oꝛ offerri: qz nullū ē op⁹ bonū qō nō sal sapiētie: ab oī coꝛrupti one vane laudis: ceteriſq; prauis siue superfluis cogitatiōlb⁹ expurgat. CHRY. Vl̄ hoc dr̄ qz oē mun⁹ victime nr̄e: q̄ ē fm oratione ⁊ ꝓmi subuētione salit̄ igne dīno de quo dr̄. Ignē veni mittere ī terrā. ō quo subdit̄. Bonū ē sal. i. ignis dilectōis. Q̄z si sal ifui. fue. i. seipso ꝓuatuꝫ: ⁊ ꝓpria q̄litate p quā dr̄ bonū: i quo illud cōdietis: Sunt. n. sales sal hītes: q̄. s. hīt gre plenitudinē. ⁊ sunt sales sal nō hītes: q. n. nō sunt pacifici: sal sunt insulsum. BEDA. Uel bonū ē sal: bonū ē dei verbū audire freq̄ntius: ⁊ sale sapie spūalis coꝛdis archana condire. THEOPHI. Sicut. n. sal carnes conseruat: ⁊ vermes eas non sinit generare: sic ⁊ sermōe doctoꝛis si desiccatiuus erit: carnales hoies cōstringit: ⁊ in eis inexti guibile vermē nō finit generari. Si vero sit insulsus. i. si virtute desiccatiua ⁊ cōseruatiuam non habeat in quo condietur: CHRY. Uel fm matthеum: discipuli christi sūt sal: q̄ totū oꝛbē cōseruāt: resistētes putredini q̄ ē ab idolatria ⁊ fornicatione peccatoꝛuꝫ. Pōt etiā intelligi q̄ vnuſq;q; nostrum habeat tantū salis: q̄tū capax est dei gratiaꝫ. vnde ⁊ apls cōiūgit grāz sali. di. Sermo vester sit in gratia sale cōditus. Sal etiā est dñs Jesus xp̄s qui fuit sufficiēs totā terram cōseruare: ⁊ mltos ī terra fecit sales: quoꝝ si alig marcescant: possibile est. n. ⁊ bonos in putredinē trāsmutari: dignū est vt foras mittātur. HIERO. Uel alr̄: Sal insulsū est qui amat ꝓncipatū: ⁊ icrepare nō audet. vñ segtur: Habete in vo. sal. ⁊ pa. ba. īter vos. vt. s. falsedines coꝛreptionis amoꝛ ꝓximi tēperet: ⁊ dilectionē ꝓximi sal iustitie cōdiat.

GREGO. sup Ezechie. Uel hoc dicit̄ cōtra quosdā quos dum maioꝛ cōscientia erigit: a ceteroꝝ societate diſiungit: ⁊ quo plus sapiunt: eo a concoꝛdie vtute resipiscunt. GREGO. in pasto. Qui etiā loqui sapienter nititur: magnopere metuat ne eius eloquio audientiū vnitas confundatur: ne dum sapiens videri desiderat: vnitatis cōpagē insipienter abscidat. THEOPHI. Uel qui cōstringit se vinculo dilectiōis ad ꝓximum. hic sale habet: ⁊ ex hoc pacē cū fratre stio. AVGV. de con. euan. Dec Marcus dominuꝫ locutum fuisse contextiꝫ commemoꝛat: ⁊ aliqua posuit que nullus alius euangelistarū posuit. Alia vero que matthe⁹ quoq; posuit: ⁊ aliqua que matthеus ⁊ lucas. sed illi ex alijs occasionibus: ⁊ in alio rerum oꝛdine. vnde mihi videtur etiaꝫ

hoc loco dñz dixisse q̄ alys locis dixit: ga satis ptinebāt ad
hācipsam ei⁹ sniam: qua vetuit phiberi virtutes i noīe suo
fieri: ēt ab illo q cū discipulis eū nō seqbant. CA. X.

Et ide exurgēs venit i fines iudee vl
tra iordanē ꝛ cōueniūt itez turbe ad
eū ꝛ sic̄ consueuerat itez docebat il
los. Et accedētes pharisei iterroga
bāt eū: si licet viro vxorē dimittere
tētātes eū. At ille rñdēs dixit eis: Quid vob ꝓ
cepit moyses. Qui dixerunt: Moyses pmisit li
bellū repudij scribere ꝛ dimittere. qb⁹ rñdēs Je
sus ait: Ad duritiā cordis vr̄i scripsit vobis p̄ce
ptū istud. Ab initio aūt creature masculū ꝛ femi
nā fec̄ eos de⁹. Propter hoc relinq̄t hō p̄rez suū
ꝛ matrē ꝛ adherebit ad vxorē suā: ꝛ erūt duo in
carne vna. Itaq; iā nō sūt duo: ꝫ vna caro. Qō
ergo de⁹ cōiunxit: hō nō separet. Et in domo ite
rum discipuli eius de eodē interrogauerunt eum.
Et ait illis: Quicūq; dimiserit vxorē suaz ꝛ aliā
duxerit adulterium cōmittit super eā. Et si vxor
dimiserit virum suum ꝛ alij nupserit: mechatur.

BEDA. Ducusq; marc⁹ ea narrauit de dño q̄ in galilea
fecit ꝛ docuit: Dic̄ icipit enarrare q̄ i iudea fecit ꝛ docuit si
ue passus est: ꝛ ꝓmo gdē trās iordanē ad oriētē. Et hoc ē qō
dr̄. Et ide. exur. ve i fi. iu. vl. ior. Deide etiā citra iordanē qñ
venit iericho: bethaniā: ꝛ hierosolymā. Et cū eis iudeoz ꝓ
uincia gnāliter ad distictionē aliaz gētiū iudea sit dcā spā
li⁹ tñ meridiana ei⁹ plaga appellabaī iudea ad distinctiōez
samarie: galilee: decapolis: ꝛ ceteraz in eadē puncia regio
nū. THEOPHI. Uisitat āt regionē iudee: quaz sepe pp
iudeoz emulationez reliquerat: qz passio in ea erat futura
nō tamē ascendit tūc hierosolymā: ꝫ iudee ꝓfinia vt turbe
nō malicioſe pficeret. Hierosolyma.n. erat opatrix omnis
negtie ob maliciā iudeoz. vnde sequit: Et cōue. ite. tur. ad
eum: ꝛ sicut cō. ite. doce. illos. BEDA: Notanda est men
tiuz distātia in turbis ꝛ phariseis. he conueniunt vt doceā
tur: ꝛ sui sanentur infirmi: sicut matthe. cōmemorat: illi ac
cedunt vt saluatorē tentando decipiāt. vñ sequit: Et acce.
pha. iter. eū si li. viro vx. di. tē. eū. THEOPHI. Accedūt
quidē nō deserentes euz ne turbe in eū crederent: sed cōtī
nue accedentes credebant eum in dubitationē inducere: ꝛ
eum per interrogationes cōfundere. Proposuerunt autem
ei questionē ex vtraq; parte p̄cipitiū habentē: vt si dicat q
licet viro vxorē dimittere: vel non licet: accusarēt ipm con
tradicētes eidē ex dogmatib⁹ moysi. Christ⁹ igitur sapiētia
ipa rñdit eis respōsionē illoz laqueos fugientē. CHRY.
Interrogat⁹.n. si licet: nō statī rñdit: nō licet: ne tumultuen
tur: ꝫ ꝓmo eis legis sniaz voluit respōdere: vt qō eū dicere
opportebat hoc i lli rñderēt. vñ segt: At ille re. ait: Quid vo
bis p̄ce. moyses: Segtur: Qui dixerunt: Moyses pmisit li
bellū repudy scribere ꝛ dimittere. Proponūt qdē moysen
hoc dixisse: aut ꝓpter interrogationē salnatoris: aut volētes
in eū viroz multitudinē icitare. Eteni hoc iudeis erat idif
ferens: ꝛ oēs hoc opabant tāq̄ a lege pmissū. AVGV. ō
cō. euan. Nihil āt ad rei veritatē itereſt: vtrū domino sepa
tionē ꝓhibēti: ꝛ sniaz suā de lege firmāti ipi turbe: vt Ma
the⁹ narrat itulerint qōnez ō libello repudy p eūdē moysen
sibi pmisso: an hoc qdē illi: de p̄cepto moysi illos interrogan
ti respōderīt: vt Marc⁹ hic dicit. nā ꝛvolūtas eius ita se bē
bat: vt nō eis redderet rōnē: cur illud Moyses pmiserit: ni
si ꝓus ipi hoc cōmemorassent. Cū ḡ volūtas loq̄ntiū: cui de
bēt ꝟba fuire ab euāgelista vtroq; mōstrata sit: nihil itereſt
iā: ꝫ diuersus iter ambos fuerit modus narrādi. Pōt etiā
hoc itelligi: q ꝓ sicut dicit Marcus: ꝓus eos de vxore dimitte
tenda iterrogātes: dñs vicissiz iterrogat: qd eis p̄cepit moy
ses: q cū rñdissēt: Moysen pmisisse libellū repudy scribere
ꝛ dimittere: rñdit eis de ipa lege p moysen data: quomō ōs
istituerit cōiugium masculi ꝛ femie: dicēs ea q̄ ponit Mat
theus: gbus auditis: illi id qō ei ꝓmo iterrogāti rñderāt re
petierūt: dicētes: Quid ergo mādauit moyses: AVGV. ō
faustū: Nolebat aūt dimitti vxorē a viro q hanc iterposuit
mozā: vt in. discidiū anim⁹ ꝓceps libelli cōscriptiōe refra
ctus absisteret: p̄serti qz vt phibent: apud hebreos scribere
lr̄as hebreas nulli fas erat nisi solis scribis. Ad hos igitur
quos oporteret eē prudētes legis iterptes: ꝛ iustos discidy
dissuasores: lex mittere voluit eū que iussit libellū dare re
pudy si dimisisset vxorē. Nō. n. poterat ei scribi libell⁹ nisi
ab ipsis que p hāc occasionē ꝛ necessitatē veniente quodā
mō in manus suas bono ꝓfilio regerēt: atq; inter ipz ꝛ vxo
rē pacifice agēdo dilectionē ꝓcordiāq; suaderēt. q⁹ si tanta
intercideret odiū vt extingui emēdariq; nō posset: tūc vri
qz scribereī libellus: qz frustra ñ dimitteret: quā sic odisset
vt ad debitā cōiugio charitatē nulla prudentiū suasione re
uocareī. pp hoc subdit: Quib⁹ re. ie. ait: Ad dur. cor. ve. scri.
vo. p. istō. Magna. n. duritia erat: q̄ nec p libelli iterpōnez
vbi dissuadēdi loc⁹ iustis ꝛ prudētib⁹ tribuebat solui vl ſte
ti posset ad recipiendā vel reuocandā ꝓiugy charitatem.

CHRY. Uel dr̄: Ad du. cor. vr̄i: qz si aīa fuerit purgata d
siderys ꝛ ira: pole est mulierē negsiimā tolerare. Multipli
catis aūt in aīa passiōib⁹ p̄dictis: multa mala ꝓtinget circa
odiosū cōnubiū. sic igr̄ ab icusatiōe eoz moysē eripit q ōde
rat legē: ꝛ totū in eoz caput cōuertit. Sz qz graue erat: qō
dcm̄ ē: statī ad antiquā legē sermonē reducit dicēs: Ab in
aūt crea. ma. ꝛ fe. fecit eos de⁹. BEDA. Non ait masculū
ꝛ feminas. qō ex pozū repudio querebaī: ꝫ masculū ꝛ femi
nā: vt vni⁹ cōiugis cōsortio necterentē. CHRY. Si āt vo
luisset hāc qdē dimitti ꝛ alteraz introduci: creasset plūras
mulieres. Nec solū boī deus mulierē coniunxit: ꝫ ꝛ relinq̄
re parētes p̄cepit ꝛ mlieri adherere. vñ segt: Et dixit. l. ōs p
adā. Propter hoc re. bo. pa. su. ꝛ ma. su. ꝛ adhe: ad vxo. sua.
Ex ipo mō locutōis ipsepabilitatē mrimony demrians qz di
cit. Adherebit. BEDA. Et silr̄ qz dic̄. adherebit ad vxorē
suā: nō ad vxores. Segt̄: Et er. duo i car. vna. CHRY. i.
ex vna radice fci: i vnū corp⁹ cōueniūt. Segt̄: Itaq; iā non
sūt duo: ꝫ vna ca. BEDA. Primū igr̄ nuptiaz ē ex duab⁹
vnā carnē fieri. Castitas iūcta spiritui: vn⁹ efficitur spūs.

CHRY. Post hec terribile faciēs argumētū nō dixit: ne
diuidatis: ꝫ cōclusit: Qō ḡ de⁹ cōiūxit: hō nō sepet. AVG.
ō faustū: Ecce iudei ex libris moysi cōuicuit: nō eē vxorem
dimittēdā: q ꝫ volūtatē legis moysi arbitrant se facere cū
dimitterēt. Silr̄ ꝛ illō hīc cū ipo xpo atteſtāte cognoscim⁹
deū fecisse ꝛ cōiūxisse masculū ꝛ feminā: qō manichei negā
do dānāī: nō iā moysi libris: ꝫ xpi euāgelio resistētes. BE
DA. Qō er. ōs cō. vnā faciēdo carnē viri ꝛ femie: ꝫ hō nō
pōt separe: sed solus ōs. Dō sepat: qñ pp desideriū sēde vxo
ris primā dimittim⁹. Deus sepat: qñ ex consensu pp scrutu
tem dei sic habemus vxores: quasi non hñtes. CHRY.
Si aūt duo quos de⁹ cōiunxit separari non debent: multo
magis ecclesiam quā deus christo coniunxit: ab eo non cō
uenit separare. THEOPHI. Quia vero scā daliçabant
discipuli: tanq̄ ex p̄dictis nō plene eis fuerit satisfactuz pro
pter hoc enim iterum interrogant. vñ sequit: Et ite. i do. di
scipuli eius de eodez iter. eum. HIERO. Secunda inter
rogatio ab apostolis iterum dicta est: quia de eadem re de
qua pharisei eum interrogauerunt. idest de coniugy statu
ꝛ hoc ꝓpie. Iterata eni verbi snia: nō fastidiū ꝫ esuriē: ꝫ
tim pstat. vnde q me comedunt: adhuc esuriēt: ꝛ qui me bi

bāt adhuc sitient. Melliflua'enī sapiētie eloga gustata: di/ligentib⁹ multimodū sapozē reddūt. vnde domin⁹ iterato discipulos instruit. nam segtur: Et dixit illis: Quicunqz di/mi. vx. su. z al. du. adul. cō. su. eā. CHRY. Adulteriuz vo/cat nō cum sua simul esse: Nō enim est sua quā accepit pma derelicta: z ꝓpter hoc cōmittit adulteriū sup eā. i. sup scōaz quā introducit. Jdē aūt est z de muliere. vnde segtur: Et ꝙ vxoz di. virum suū: z aly nup. mechab. Non enī alteri vt ꝓ/hibuit adulteriū māifestū: sz saluatoz hoc nō māifestū: ne ꝙs ab oīb⁹ notū: nature tñ cōtrariū. BEDA. In matthēo vero scriptū est pleni⁹: Quicunqz dimiserit vxozē suam nisi ob foznicationē. Una ergo solūmodo carnalis ē causa: foz/nicatio. Una spūalis timoz dei: vt vxoz dimittaī: sicut mul/ti religionis causa fecisse legunt. Nulla aūt causa est dei le/ge pscripta: vt viuente ea que relicta est alia adducatur.

CHRY. Qz autem Mattheus dicit phariseis hec ver/ba dixisse: Marcus vero discipulis: non est ꝓtrariū: cōtigit enim hec bis: z illis dicta esse.

¶Et offerebāt illi puulos: vt tāgeret illos. disci/puli āt cōminabant offerētib⁹. Quos cū videret Jesus: indigne tulit. Et ait illis: Sinite paruulos venire ad me: z ne phibueritis eos: talium. n. est regnū dei. Amē dico vobis: quisqs nō recepit re/gnū dei velut puul⁹ nō itrabit in illud. Et cōple/xās eos z ponēs man⁹ sup illos: bñdicebat eos.

THEOPHI. Ostēsa supius nequitia phariseoꝝ christū tētantiū: nunc oñdit multa fides turbaꝝ: que tantū manuū ꝓpositione putabant xpm benedicere paruulos quos illi of/ferebant. vñ dicit: Et offe. illi paruu. vt tan. eos. CHRY. Sed discipuli ꝓhibebāt offerētes ꝓpter christi dignitatez. Et hoc est qō subdit: Disci. aūt ꝝ. offe. Saluatoz aūt eru/diens discipulos sapere moderata: z tumorē cōculcare mū danū: accipit pueros z eis ꝓnūciat regnū dei. vñ segtur: Et dixit illis: Sinite par. ve: adme: z ne phi. eos. ORIGE. Siquis ergo eoꝝ g doctrinā ecclesiast caz ꝓfitenī: videat aliquē offerētē quosdā stultos mūdi z ignobiles z ifirmos: g ꝓpter hoc appellati sunt pueri z infantes: nō ꝓhibeat q̄si fine iudicio faciētē eū g offert talē saluatozi. Post h̄ exhoz/tat discipulos suos iā viros cōstitutos ꝓdescendere vtilita/tibus puerozꝝ: vt fiāt pueris quasi pueri: vt pueros lucrent. Nā z ipe cum in forma dei esset: humilians se factus est pu/er, vñ subdit: Taliū est enī regnū dei. CHRY. Eteniz ab oībus passionibus pura exīstit aīa pueri: ꝓpter hoc opoztet vt hec ex volūtate operemur: que pueri hūt per naturam. THEOPHI. Unde nō dixit boꝝ ē regnū dei: sz taliū. s. habentiū z studio z laboze innocētiā z simplicitatez quam habēt pueri ex natura. Puer. n. non odit neqz maliciose ali/qd operat: neqz verberatus a matre discedit. sed etsi euz vi/tibus induat vestimētis: ꝓfert ea regalibus indumētis: sic z ille q viuit ꝝ virtutē ecclesie matris sue nihil huic ꝓbono rat: neqz etiam reginā multoꝝ voluptatē. vñ z dñs subdit: Amē dico vobis: Quisqs nō rece. reg. dei velut puu. non in/trabit i illud. BEDA. Jdest nisi talē habueritis inocētiā z animi puritatē sicut puulus habet: regnuz celoꝝ nō pote/ritis intrare. Alr regnū dei. i. doctrinaz euangelij: sicut puu/lus recipe iubemur: qz quomodo paruulus in discendo nō ꝙdicit doctoribus: neqz rōnes z verba cōponit: eis resistens sz fidelr suscipit q̄ docent: z cū metu obtēperat z discit: ita z nos obedicēdo simplr: z sine vlla ꝙdictione verbuz domini suscipe debem⁹. Segī: Et cō. eos. z im. ma. sup il. bene. eos.

CHRY. Bene aūt amplexaī eos ad bñdictionez: tanq̄ in ꝓpriuꝝ sinum eleuans ꝓpriatus facturam suā ab eo ca/dentē ab initio z diuisaz. Jmponit āt puulis man⁹: docens diuine virtutis operationē. Et qdē ꝝ cōsuetudinē alioꝝ man⁹ iponit: sed nō ꝝ cōsuetudinē opaī. Deꝰ. n. exīstens: humanū modū fuabat tanq̄ verus hō fact⁹. BEDA. Nō plexus ēt benedixit puulos: vt humiles spū sua benedictio/ne z gratia z dilectōe dignos esse significet.

¶Et cū egressus cēt i via, pcurrēs qdā genuflexo ante eū: rogabat eū dicēs: Magister bone: quid faciā vt vitā eternā percipiaz? Jesus aūt dixit ei: qd me dicis bonū? Nēo bon⁹ nisi vn⁹ ōs. Pre/cepta nosti? Ne adlteres: ne occidas: ne fureris ne falsū testimoniū dixeris: ne fraudē feceris. ho/nora patrē tuum z matrē. At ille respōdēs ait il/li: Magister: hec oīa obꝛuaui a iuuētute mea. Jesus aūt ituitus eū: dilexit eū: z dixit ei: vnum tibi deest: Unde quecūqz habes vēde z da pau/peribus: z habebis thesaurū in celo: z veni seq̄/re me. Qui cōtristat⁹ i verbo: abīt merēs. Erat enī habens multas possessiōes. Et circūspiciēs iesus: ait discipulis suis: Quādifficile q pecuni/as habent in regnum dei itroibūt. Discipuli aūt obstupescebant i verbis ei⁹. At iesus rursus rñ/dēs ait illī: Filioli: q̄ꝫdifficile ē ꝙfidētes i pecūīs i regnū ði itroire. Facilius est camellū per foza/men acus transire: q̄z diuitem intrare in regnum dei. Qui magis admirabātur dicētes ad semet/ipsos: Et quis potest salu⁹ fieri: Et intuēs illos iesus ait: Apud hoies impossile est: sed nō apd deum. Omnia enī possibilia sunt apud deum.

mBEDA. Audiuerat qdā a dño tñ eos q punloꝝ volunt eē silēs: dignos eē itroitu regni celoꝝ: atq; iō poscit sibi ex/poni nō pabolis: sz apte: gb⁹ opeꝝ meritis vitā eternā ꝙseq̄ possit. vnde dicit: Et cū egressus cēt i via, pcur. g. genu. ante eū: roga. eū dicens: Ma. bo. qd fa. vt vi. eter. pci. THEO PHI. Miroz de hoc iuuene q oībus alys ꝓ infirmitatib⁹ ad christū accedētib⁹: hic vite eterne possessionem postulat cū maligna sit passio auaricie, ꝓpter quā postmodū cōtrista/tus est. CHRY. Qz vero accesserat ad christū: tanq̄ hō ad hoiem z ad vnū iudaicoꝝ doctorū xps tanquam homo rñdit eidē. vñ sequit: Jesus āt dixit ei: Quid me di. bo. Ne/mo bo. nisi vn⁹ deus. Dec aūt dicēs nō exaudit hoīes a bo/nitate: sz a ꝙparatiōe bonitatis diuine. BEDA. Un⁹ aūt deus bon⁹: nō pr̄ solus itelligēdus ē: sz z fili⁹ q dicit: Ego sum pastoz bonus: sz z spūssanctus: qz dr̄. Spr̄ de celis dabit spiri/tū bonū petētib⁹ se. Ipsa. n. vna z ꝙdiuidua trinitas pr̄: fili⁹ z spūssanct⁹: solus z vn⁹ ōs bon⁹ē. Nō igr̄ dñs se bonū negat: sz eē deū significat: nō se magr̄z bonū nō eē: sz magr̄z absq; deo nullū bonū eē testaī. THEOPHI. Voluit igr̄ dñs hec verba mētē iuuenis facere altioze: vt ipm cognosceret tanq̄ deum. Sed z aliud quidē innuit in his verbis: vt quā/do debes cōferre cum aliquo: non adulando cum eo confe/ras: sed respicias radicem bonitatis z fontem deuz: z ei pre/stes honorem. BEDA. Notandū autem ꝙ iustitia legis suo tpe custodita: nō solū bona terre: veꝝ etiam suis electo/rib⁹ vitā cōferebat. vñ dñs de vita eterna querenti conse/quenter dixit: Precepta nosti: Ne adulteres: ne occi. Pec est enī puerilis innocentia que nobis imitanda, ꝓponitur: si regnum dei volumus intrare. vnde sequit: Et ille respon/dēs ait: Magister hec oīa ob. a iuuentute mea. Nō est putā/dus homo iste vel voto tentantis: vt quidam putauerunt: dominum interrogasse: vel de sua vita esse mentitus: sed

simpliciter vt vixerat esse confessus: qō patet ex hoc quod subdit: Jesus āt ītuitus eū: dilexit eū: ⁊ dixit ei. Si aut mēdacy aut simulatiōis noxa reꝰ teneret: nequaq̄ intuitus archana cordis eiꝰ diligere diceret iesus. ORIGE. sup mat Jn hoc.n. q̄ dilexit eū vel osculatus est eū: videt affirmasse ꝓfessionē eiꝰ q̄ dixit se oīa ista īplesse. Intēdēs.n. mente in eū vidit hoīez ex bona ꝓsciētia cōfitentē. CHRY. Dignū tñ est ingrere q̄liter hūc dilexit: q eū nō erat secuturꝰ. est aūt hoc dicere. qñ q̄stū ad ꝓiora dignus erat amore: q̄ legis sunt obſuans a iuuētute. circa finē vero neq; diminutionē ꝓiozis dilectiōis ꝓsecutus est: sicut neq; ꝓfectionē susscepit. Etsi.n. nō excesserat mēsurā: humanā christi pfectionē nō sequēs: nullo tñ crimine existebat reꝰ: iuxta possibilitatē hoīs legē obseruās: ⁊ in hac obseruatiōe christꝰ eū dilexit. BEDA. Diligit.n. dñs eos q mādata legis q̄uis minora custodiūt: ſz nihilominꝰ q̄ in lege minus fuerāt his q pfecti eē desiderāt oñdit: qz nō venit soluere legē sed adimplere. Unde segtur: Et dixit ei: Unū tibi deest. Uade q̄cunq; ha. vēde ⁊ da paupibus ⁊ ha. thesau. in celo. ⁊ veni ⁊ se. me. Quicūq; enī pfectus eē voluerit debet vendere q̄ hz: nō ex pte: sicut ananias fecit ⁊ saphira: ſz totū. THEOPHI. Et cū vendiderit dare paupibus: nō histrionibus ⁊ luxuriosis. CHRY. Bene aūt nō fecit eterne vite mentionē sed thesauri; dicēs: Et habe. thesa. in celo. Quia.n. de pecunys erat ſmo: ⁊ de abrenūciatiōe oīum: ostēdit q̄ reddit plura his q̄ ꝑcepit relinquere: quāto maius est celū q̄ terra. THEOPHI. Sed qz multi sūt paupes nō humiles: ſz ebrij aut aliquā aliā hēntes maliciā: pp̄ h̄ dic̄: Et veni sequere me. BEDA: Segtur.n. dominū q imitatoꝛ eiꝰ ē: ⁊ p vestigia eius gradit. Segt̄: Qui ꝓtristatꝰ in vbo abyt merēs. CHRY. Et cām tristicie subdit euāgelista dicēs. Erat.n. possessiōes habēs multas. Nō.n. eodē mō afficiunt q pauca hēnt ⁊ qui multa. Adiectio.n. acqsitarū diuitiaꝝ maiorē flāmā cupiditatis accēdit. Segt̄: Et circū. iesus ait discī. suis. Quā difficile pecu. ha. in reg. dei introi. THEOPHI. Nō hoc dicit q diuitie male sint: ſz hēntes ipsas vt custodiāt. docet.n. nō ipas hre. i. retinere ⁊ custodire: sed eis in necessarys vti: ⁊ in fuitio hoīs eē. CHRY. Dixit āt ℞ dominꝰ discipulis pauperibus existētibꝰ ⁊ nihil possidētibꝰ: istruēs eos inopiam nō erubescere: ⁊ q̄si excusando eis respōdens ꝓ eo q̄ nihil eos hēre ꝓcesserat. Sequit̄: Discipuli aūt obstu. in verbis eius. Manifestū est. n. qñ iopes existētes ꝓ alioꝝ salute dolebant. BEDA. Sed quia inter pecunias habere ⁊ amare multa distantia est. vnde ⁊ salomon nō ait: Qui hz: sed qui amat diuitias: fructū nō capit ex eis. iō dñs obstupescentibus discipulis vba ꝑmisse snīe exponit. vñ sequit̄: At Jesus rur. rñdens ait illis: Filioli: q̄ difficile est cōfi. ī pe. regnū in troire: Ubi notādū ē q̄ nō ait q̄ ipole est: sed q̄ difficile ē. quod.n. ipole est: omnino fieri nō pōt. Quod difficile: cuz labore potest. CHRY. Uel dicēs difficile ostendit esse impossibile: ⁊ non simplr: sed cū quadā intentione. ⁊ hoc oñdit exēplo: di. Facilioꝰ ē came. p foza. acus trāsire q̄ diuitē ītra. in regnū dei. THEOPHI. Camelū siquidē oz intellige re aut ipz aīal: aut funē illū grossū quo naues magne vtūt.

BEDA. Quomodo ergo vel ī euāgelio matthe⁹ ⁊ ioseph vl' in veteri testamēto q̄plurimi diuites ītrauerūt ī regnū dei: nisi forte qz diuitias vel ꝓ nihilo hre vel ex toto relinquere dño īspirāte didicerūt: Altioze āt sensu faciliꝰ ē christū pati ꝓ dilectoꝛib⁹ suis: q̄ dilectoꝛes secl'i ad christū posse ꝓuerti. Cameli.n. noīe se ītelligi voluit: qz īfirmitatis nre onera sustulit. p acū aūt significat pūctiōes. i. dolores ī passione susceptos. Foramē g̃ ac⁹ dicit angustias passiōis quas scissa nre q̄si vestimēta nature quodāmō resarcire dignat⁹ est: Segtur: Qui mag. admira. dice. ad semetipsos: Et quis potest saluus fieri: cuz incōparabiliter maioꝛ sit turba pauperum que diuitibus perditis potest saluari. intellexerunt tñ cūctos q diuitias amāt: etiā si adipisci nequeāt: in diuitū numero deputari. Segt̄: Et ītuens eos Jesus ait: Apud homi. īpossi. est: ſz nō apud deū. Quod nō ita intelligēdū est q̄si cupidi ⁊ supbi in regnū celoꝝ sint ītraturi cū cupiditate ⁊ supbia: ſz pole est deo vt a cupiditate ⁊ supbia ad charitatē ⁊ humilitatē ꝓuertant. CHRY. Jō aūt hoc opꝰ dei esse dixit: vt oñderet q̄ multa opus ē illi gra: q ad hoc a deo dirigit. vñ mōstrat q̄ non pua merces est diuitibꝰ valēbus xp̄i philosophiā sequi. THEOPHI. Uel intelligendū ē qō dic̄: Apō hoīes ipole est: sed nō apō deū. qz cuz deū audimus: hoc fit possibile. cum vero humana sapimꝰ: ipossibile Segt̄: Oīa enī possibilia sunt apō deū. Cum oīa dicit: entia subitelligas. peccatū. n. nō est ens. Est. n. res absq; eēntia et hypostasi peccatū. Uel alr. Peccatū nō virtutis ſz infirmitatis est: ⁊ iō peccatū sic̄ ⁊ īfirmitas impole est apud deum. Sed nunqd deꝰ facere pōt vt id qō factū est: non sit factū: Ad qō dr q̄ deus est sūma veritas. facere aūt qō factū est: non sit factū: falsū est. Qualiter g̃ vitas faciet falsū: Potius igr destruet ꝓpriā naturā: vt quidā dicūt. Nunquid pōt ds nō esse ds: hoc enim ridiculum est.

¶ Et cepit ei petrus dicere. Ecce nos dimisimus omnia: ⁊ secuti sumus te. Rñdens Jesus ait: Amē dico vobis: nemo est qui reliquerit domū aut fratres aut sorores aut patrē aut matrē aut filios aut agros ꝓpter me ⁊ ꝓpter euangeliū: q nō accipiet cēties tantū nunc in tpe hoc domos ⁊ frēs ⁊ sorores ⁊ mīres ⁊ filios ⁊ agros cū ꝑsecutionibus ⁊ in seculo futuro vitā eternā. Multi āt erūt primi nouissimi: ⁊ nouissimi primi.

GLO. Quia iuuenis audito consilio saluatoꝛis de remissione tristis absceesserat. Discipuli aūt christi premiū cōsilium iam adipleuerant: sollicitare ceperunt de premio: estimātes se magnū aligd feciſſe cum iuuenis qui ꝑceptale gis impleuerat: hoc sine tristitia nec audire potuerit. vnde petrus ꝓ se ⁊ alys dominū interrogat. Et hoc est quod dr Et cepit ei petrus dicere: Ecce nos dimisimus omnia: ⁊ secuti sumus te. THEOPHI. Petrus etsi pauca dimisit: tamen hec omnia vocat. Nam ⁊ pauca habent vincula passionis: ita vt beatificetur ille qui pauca reliquit. BEDA. Et qz nō sufficit tñ dimittere: iungit quod perfectuz est: Et secuti sumus te. Quasi dicat. fecim⁹ quod iussisti. Quid igit̄ dabis nobis premy: Petro aūt de discipulis tātū ītrogāte: domin⁹ vniuersalem responsionē facit. Uñ sequit̄: Respondens Jesus ait: Amen dico vobis: nemo est qui reliquit domū aut fratres. Hoc autē dicens: nō innuit vt patres relinquamus: non adiuuantes eos: neq; vt ab ꝓzibus fieremur: ſz nos istruit ꝓferre bonoꝛē dei secularibꝰ reb⁹, ⁊ CHRY. Mihi autem videtur q̄ in hoc intendebat persecutiones futuras occulte ꝓnunciare: quia futurum erat vt multi patres ad pietatem filios inducerent: ⁊ ꝓzores viros. Non autem differt dicere: Propter nomen meum aut euangelium. vt Marcus dicit: aut ꝓpter regnum dei: vt ait lucas. Etenim nomen christi virtus euāgely est: ⁊ regnū Euangelium enim recipit in nomine iesu christi: ⁊ regnum dei per nomē ipsius cognoscitur ⁊ venit. BEDA. Quidā autem ex occasione huius sententie qua dicit: Accipiet centies tantū nunc in tēpoꝛe hoc: iudaicam mille annoꝝ fabulam post resurrectionē iustoꝛum dogmatiçant: quando oīa ꝓpter deum dimisimus multiplici sunt fenoꝛe reddē da: insuper ⁊ vita eterna donāda. Nec videt q̄ ꝛsi ⁊ regnū dei sit ꝓmissio: in ꝓzibus tamen centenis iuxta alios euāgelistas appareat turpitudo ꝑsertī cuz dñs in resurrectione nubendum nō esse testetur: ⁊ ea que ꝓpter se dimiſſa fuerint: recipiēda in hoc tpe cū ꝑsecutiōibꝰ asseueret: quas

mille ānis suis abesse affirmat. CHRY. Et qdē igr cēties tiñ merces fm cōicationē z nō fm possessionē ē. n. adimple uit eis dñs nō corporaliter: sed alio quodā modo. HIERO. Vxor. n. i domo circa viri cibū negociat z vestimēta. Uide igr hoc z i aplis Plte. n. mulieres sollicite erāt ō corp cibo z vestimētis z ministrabāt eis. Silr z patres z matres plurimas apli habuerūt. s. eos q ipos diligebāt: sz z petr⁹ vnā re linqns domū: postea oiuz discipulorz domos hēbat. Et ma ius ē: qz cū psecutōib⁹ hec oia possidebūt sancti: si psecutio nē sint passi z angustiati, ppter qō sequit: Multi aūt erunt pmi nouissimi z nouissimi primi. Phariſei enim primi exi stētes facti sunt nouissimi. Qui vo oia reliquerūt: z christū secuti sūt: fuerūt nouissimi in seculo isto per āgustias z per secutiones: sed erūt primi p spem q̄ est in deū. BEDA: pōt sane hoc quod ait: Accipiet cēties tantū. altius itelligi. Ten narius qppe numer⁹ de leua trāslatus in dexterā. sz eandem in flexu digitorz videat hr figurā: quaz habuerat denarius in leua: tñ quātitatis magnitudine surſuz crescit: qz videlicet oēs q̄ ppter regnum dei tpalia spreuerūt: z in hac vita psecutionibus plenissima eiusdē regni gaudiū fide cer ta degustāt: atqz in expectatione patrie celestis q̄ significat in dextera oiuz electorz delectatiōe fruunt. Uerz qz multi virtutū studia nō eadē q̄ incipiūt intētiōe pietatis pſumāt: mox subinferr: Multi aūt erunt ꝛc. Quotidie. n. videmus multos in laico habitu cōstitutos: magnis vite meritis excellere: z alios a prima etate spirituali studio feruentes: ad extremum ocio torpente lasciscere: atqz inerti stultitia qō spiritu cepere: carne consummare.

¶ Erāt aūt i via ascēdētes hierosolymā: z p̄cedebat illos ihesus. Et stupebāt: z sequētes timebāt. Et assumēs itez duodecī cepit illis dicere q̄ eēnt ei vētura. Quia ecce ascendim⁹ hierosolymā: z filius hois tradet principib⁹ sacerdotū z scribis z senioribus: z p̄dēnabūt eū morte. Et tradēt eū gentibus: z illudent ei: z cōspuent eū: z flagellabūt euz: z interficient eum: z tertia die resurget.

GRECVS. Diligentia quidē oronis docuit nos p viduā z iudicē. hic aūt p pharisēū z publicanū docet nos: quo sint ei dirigēda precamina: ne sit infructuosum oronis negociū. Cōdēnatus est aūt pharisēus cū incaute oraret. naz segtur. Pharisēꝰ aūt stās hec apud se orabat. THEOPHI. Per hoc q̄ dicit Stās: elatū eius animū notat: ipso. n. habitu supbissimus videbat̄. BASI. Dicit aūt. Apud se orabat q̄si nō apud deū: qz ad seipz redibat p peccatū supbie: Segtur. n. Deus gras ago tibi. AVGV. de v. do. Nō reprehēdit: qz deo gras agebat: sed qz nihil sibi addi cupiebat. Ergo iā plenus es: iā abundas. nō est q̄re dicas. Dimitte nobis debita nra. Quis ē igit qui impūe oppugnat graz si reprehenditur qui supbe agit gras: Audiāt q dicūt. Deus me hoiem fecit: ego me iustū facio. O peior z detestabilior pharisēo q supbe iustū se dicebat: sed tñ inde gras deo agebat. THEO. Attēde aūt seriē oronis pharisei. Primo nāq̄ dixit q̄ ei aderāt: deinde subiungit q̄ hēbat. Segtur. n. Quia nō sum sic ceteri hoium: raptores: iniusti: adulteri. AVGV. de ver. do. Diceret saltē sicut multi hoies. Quid ē ceteri hoies. nisi oēs pter ipz: Ego ingt iustus sum ceteri peccatores. GRE. xxiiij. mo. Quattuoz gppe sunt species qbus oīs tumor arrogantiū ōmōstrat. cū bonū aut a semetipis hre se estimāt: aut si sibi datū desup credūt p suis se hoc accepisse meritis putāt: aut certe cū iactāt se hre qō nō hīt: aut despectis ceteris singulariter videri appetunt hēre qō hīt. vñ z pharisēꝰ hic bonoz sibi opz merita singlariter tribuit. AVGV. de ver. do. Ecce aūt ex vicino publicano maioris erat ei tumoris occasio. Segt. n. Uelut ēt hic pub. q. d. Ego solus suz Iste de ceteris est. CHRY. Nō. n. satiauerat cōtēptū ei? tota humana natura: sz z publicanū aggressus ē. moderatiō āt peccasset si publicanū excepisset. Nūc aūt vno verbo z absentes inuadit: z vulnera pātis lacessit. Nō est autez gratiaz actio īuectiua aliox. Si regratiaris deo ipe tibi tñ sufficias: nec te ad hoies trāsferas: nec primū cōdēnes. BASI. Discrepat aūt elatus: a conuiciatore sola habitudine. Is. n. in alios vtitur cōuitys: hic aūt se mētis temeritate extollit. CHRY. Qui autem alys cōuitiat: sibi z alys multa mala facit. primo. n. audientē reddit peiorē: qz si sit peccator: fit letior criminis iueto collega: si sit iust⁹: extollit: p aliena crimīa īduct⁹ ō se magna putare. Secōo coitatē ecclīe ledit. nō. n. oēs audiētes vitupāt eū solū q peccauit. sz ritu xpiano cōtumelias inectūt. Tertio dei gloriā blasphemare facit. sicut. n. recte agētibus nomē dei glorificat: sic nobis peccātib⁹ blasphemat. Quarto eū q audiuit opprobria ꝯfundit īprudentiorē cū z aduersariū faciēs. Quinto statuit se pene obnoxiū: rebus platis q̄ sibi nō cōueniūt. THEOPHI. Expedit āt nō solū declinare a malo: sed ēt agere bonū. Et ió cū dixisset: Nō suz sic adulteri: subiūgit p oppositū. Ieiuno bis in sabbato: Sabbatū hi dicebāt hebdomadaz ab vltima die getis. Ieiunabāt. n. pharisei secūda z quinta feria. sic igr ieiunia obiecit ꝯtra passionē adultery. nā ex voluptate ē lasciuia. Rapacibus vo z iniustis opposuit decimarū solutionē. Segtur enī decimas do oīum que possideo. q. d. Adeo rapias z negtias refugio: vt ēt mea cōtribuā. GRE. xix. moza. Ecce cuitatē cordis sui infidiātibꝰ hostib⁹ p elationē aperuit: quā frustra p ieiuniū z oīones clausit: Unca sum munita sunt cetera: cū locus vn⁹ de quo hosti patz aditio munitus non est. AVGV. de ver. do. Quere āt i veribis eius: nihil inuenies qō deū rogauerit. ascēdit qdē orare, noluit deū rogare: sz se laudare: z rogāti insultare. publicanū aūt cordis cōsciētia remouebat: sz pietas applicabat. vnde segtur: Et publican⁹ a longe stans nolebat nec oculos ad celū leuare. THEOPHI. Quāuis aūt publicanus sterisse dicatur: distabat tñ a pharisēo tā vbis q̄ bitu: necnō z corde contrito. nā verebatur oculos leuare i celū: cēsens īdignos visionis superne eos qui maluerunt bona terrena spectare z querere. necnō z pectus tūdebat. vnde segtur: Oz percutiebat pectus suū: cor quodāmō pungens cā cogitationū prauaz necnō z excitans vt dormitans. vñ nō aliud q̄ deū p̄pitiationē petebat. Segtur. n. dicēs: Deus ppicius esto mihi peccatori. CHRY. Audiuit qz nō sum velut hic publicanus: nec indignatus est: sed compunctus detexit ille vulnus: querit hic medicinā. Nemo igit illum frigidū p̄ferat verbū. Nō audeo: pudoroſius sum nō possū aperire os. Tanta reuerentia est diabolica. Vult tibi diabolus obseruare fores acceſsius ad deū. AVGV. de ver. do. Quid igit miraris si deus ignoscit: qñ ipse agnoscit: de lōginquo stabat: deo tñ appropinquabat: z cū dñs de ppe attendebat. Excelsus enī dñs z būilia respicit: nec oculos ad celū leuabat vt non spiceret: tremebat cōsciētia: spes subleuabat: peccatū percutiebat pectus suū. penas de seipso exigebat: pterea dñs cōfitēti parcebat. Audisti superbū accusatorem: audisti humilē reum: audi nūc iudicē dicentem: Amen amen dico vobis: Descendit hic iustificat⁹ in do. suā ab illo. CHRY. Geminos aurigas z duas bigas in stadio positas sermo presens ꝓponit. in altera quidem iustitiā cū supbia. i altera pctm̄ z humilitatē. z vides bigā peccati superare iustitiā: nō ppriis viribus: sed humilitatis cōiunctę. Illaz vo deuictā nō fragilitate iustitie: sed mole z tumore superbie. nā sicut humilitas sui eminētiam peccati pōdus superat: z saliens attigit deū: sic superbia ob sui molē de facili iustitiā deprimit: si ergo plura facta strenue geras: putas aūt te posse ꝑsumere: tota carnis oratione. si vero mille feras i cōscientia fasces reatuz: z hoc solum de te credas q̄ es infimus oīum: multaz obtines ante deum fiduciam. Et ideo sue snie cām assignās subdit: qz omnis qui se exaltat humiliabitur: z q̄ se humiliat exaltabitur. Humilitatis nomē multiplex est. Est. n. q̄dā vt⁹ humilitatis. Est z finis illud: Loz contritū z humiliatū deus nō despicias. Est z humilitas ab erumnis: iuxta illud: Humiliauit in terra vitam meā. Est z humilitas a peccatis z superbia z infatiabili tate diuitiaz. Quid enī humilius his qui se submittunt inimicis diuitys z potentatu: z hec reputant magna. BASI. Similiter etiaz z exaltari laudabiliter cōtingit: quando. s. nō humilia cogitas: sed mens tua est per magnanimitatē in virtute erecta. Talis aūt animi celsitudo ē eminētia in tristitys: terrenoz cōtemptus: conuersatio in celis: z videtur huiusmodi mentis sublimitas eandem habere differentiam ad elationez quam arrogantia parit: quam habet corpulentia corporis bene dispositi ad inflationez carnis cum ex brāchio pisi tumet. CHRY. Dec igit fastus inflatio ab ipsis celis potest deprimere nō cauentes. humilitas vo z ab ipsa abyssō reatuū hoiez sublimare. hec enī pre pharisēo publicanū saluauit. latronē añ aplos i paradisū duxit. illa vero ētā in corpoream ingressa est potestatem. Ceterum si iuxta deiectā humilitas tam facile currit vt superbiam iustitie ipsa trahat. si iustitie coniunxeris caz: quo non ibit: assistet ipsa trinubali diuino in medio angelorū cum fiducia multa. Nunquid⁹ si fastus coniunct⁹ iustitie eā deprimere potuisset: si cō

lūcē sit petrō: in quandam gehennam detrudet: hoc dico nō vt negligamus iusticiam: sed vt fastū vitemus. THEO PHI. Sed forsitan mirabitur aliquis: quō phariseus cum pauca verba sue laudis protulerit cōdēnetur. Job vero cū pluria fuderit coronat. Ex. s. q phariseꝰ talia dicebat crimi nādo alios nulla rōne cogēte: iob vero vrgētibꝰ dū amicis ꝛ pressuris premētibꝰ coactus est ꝓpias vtutes referre ad dei gloriā: ne hoīes desisterēt a ꝓfectu vtutis. BEDA. Typice aūt phariseus ē ꝑplis iudeoꝝ q ex iustificationibus legis extollit merita sua: publicanꝰ vero gētilis est: q longe a deo positus ꝓfitet peccata sua: quoꝝ vnꝰ supbiēdo recessit būiliatꝰ: alter lamētādo appropinq̄re meruit exaltatus.

¶ Afferebant aūt ad illū infantes: vt eos tāgeret. Qō cū viderent discipuli icrepabāt illos. Jesus aūt cōuocās illos dixit: Sinite parulos venire ad me ꝛ nolite vetare eos. Talium ē .n. regnū dei. Amen dico vobis quicunq; nō acceperit regnū dei sicut puer: nō intrabit in illud.

THEOPHI. Post p̄dictā humilitatē dñs docꝫ p ea que rebāt aūt ad illū infantes vt eos tāgeret. AVGV. de ver. do. Cui afferūtur tāgēdi nisi saluatori: sꝫ si saluator est: sal uādi offerūtur illi q venit saluū facere qō perierat: vbi isti perierāt: quātū ad ipsos ptinet inocētes. Sꝫ fm aplum per vnū hominē intrauit pctm̄ i orbē terraꝝ. Veniāt ergo par uuli vt lāguidi ad medicū: pditi ad redēptorē. AMBRO. Burū aūt aliqbꝰ videri pōt: q discipli dñm ifantulos adire pbibebāt. Segt .n. Qō cū vide. disci. icrepabāt illos. Ubi vel mysteriū itelligas vel affectū. Neqꝫ .n. hoc iuidie aut in pueros mētis asperitate faciebāt. sꝫ sedule virtutis obsega dño ōferebāt: ne ꝓximereť a turbis. Respnēda qppe ē vti litas nostra vbi diuinitatis iniuria ē. In mysterio aūt q ꝓpi us saluari pplm iudeorū ex quo fꝫ carnē nati fuerāt: gestie bant. Sciebāt qdē mysteriū q vtrisq; pplis vocatio debe ret. Naꝫ ꝛ pro chananea muliere supplicarūt sꝫ fortasse ad huc ordinē nesciebāt. vñ segt. Jesus aūt duo. eos di. Sini par. ve. ad me: ꝛ nolite vetare eos: Taliū est .n. re. dei. Non etas ꝑfertur etati: alioqn obesset adolescere. Cur g̃ pueros dic aptos ee regno celoꝝ: fortasse q malicia nesciāt: fraudā re nō nouerint: ꝛ ferre nō audeāt: scrutari ignorēt: opes: bo nore: ambitionē nō apperāt: sꝫ nō ignorare ista virtꝰ ē: sꝫ con temnere. Non enim virtus est non posse peccare: sed nol le. Nō igit puericia sꝫ emula puerilis simplicitatis bonitas desigt. BEDA. Uñ signāter dixit. Taliū: nō Istoꝝ: vt oñderet nō etatē regnare sed mores: ꝛ his q similē haberēt inocentiā ꝛ simplicitatē ꝑmia reꝑomitti. AMBRO. De niq; hoc saluator exꝑsit dicēs. Amē dico vobis: qcunq; nō accepit re. dei sicut puer: nō itrabit in il. Quis puer imitan dus est appstolis xpi: nisi de quo Ysaias dicit: Puer natus ē nobis: q cū malediceret: nō maledixit. Itaq; in pueritia est ꝙdā venerabilis moꝝ senectus ꝛ i senectute inocens pueri tia. BASI. Suscipiemus aūt regnū oi vt puer: si dispositi fuerimꝰ erga doctrinā dñi: vt puer in disciplina nequaq̃ cō tradicens nec disputās cū magris: sed credibiliter ꝛ obedi enter imbibens documenta. THEOPHI. Bētiliū ergo sapiētes querētes sapiaz i mysterio qō ē regnū dei: nec volē tes hoc absq; fide syllogistice probationis admittere: meri to exclusi sunt ab hoc regno.

¶ Et iterrogauit eū qdā princeps dicēs. Magr bone q̄d faciēdo vitā eternā possidebo? Dixit aūt ei iesus: Quid me dicis bonū? Nēo bonꝰ nisi solus deus. Mandata nosti: Non occides: non mechaberis: non furtum facies: nō falsum testimoniuz dices: honora patrem tuum ꝛ matrem tuā. Qui ait: Hec oīa custodiui a iuuētute mea. Quo audito iesus ait ei. Adhuc vnū tibi deest. Oīa q̄cūq; hēs vēde: ꝛ da paupibꝰ: ꝛ habebis thesauꝝ in celo ꝛ veni sequere me. His ille audi tis contristatus est: quia diues erat valde.

BEDA. Audierat ꝓnceps qdā a dño tm̄ eos q pueroꝝ vl let esse similes: regnū dei itraturos: atq; ideo poscit sibi nō p parabolā: sꝫ palā qbꝰ operū meritis vitā eternā ꝓsequat exponi. vñ dicit: Et inter. euꝫ qui .p̄n. di. Magr bo. qd faci. vi. eter possidebo. AMBRO. Tentatoꝝ princeps iste ma gistrū bonū dixit: q deū bonū dicere debuisset. Nam licet in diuinitate bonitas sit ꝛ in bonitate diuinitas tamen addendo. Magister bone: i portione bonū dixit: non in vni uersitate. nā deꝰ i vniuersitate bonꝰ: hō ex pte. CYRIL. Putauit aūt se xm̄ capere dum vituperaret mosaicū ꝑce ptū. introduceret vero sua statuta. accedit ergo ad magistꝝ ꝛ bonum eum nuncupans: dicit se velle doceri quia tentati ue querebat: Qui apprehendit sapientes in astutia sua con uenienter ei respondet. nam sequitur dixit aūt ei iesus: q̄d me dicis bonū: nemo bonꝰ nisi solus deꝰ. AMB. Nō bonū se negat: sed deū designat: bonus q̄dē nō ē: nisi plenus boni tatis: q si quē moueat: q nemo bonꝰ: moueat ꝛ illō: nisi ōs. q si a deo filiꝰ nō excipiť: vtiq; nec a bono xps excipiť. naꝫ qūo nō bonus ex bono natꝰ: arboꝝ .n. bona fructꝰ bonos fa cit: Quō nō bonꝰ cū bonitatis sua substātia ex p̄e assumpta nō degnāuit i filio q̄ nō degnāuit i spū: Spiritus tuus ingt bonꝰ deducet me in terrā rectā. q si bonus spiritus q excē pit a filio: bonus vtiq; ꝛ ille qui tradidit. Itaq; q: legisperi tus est iste q tētat: sicut i libro alio demonstrat. Et bene di xit. Nemo bonꝰ nisi vnus deus vt admoneret q: scriptū ē. Nō tentabis dñm deū tuū: sꝫ magis cōfiteť dño qm̄ bonꝰ.

CHRY. Ul aliter. Duaꝝ quidē dicere hūc ꝓcipem nō vereboꝝ: nā hoc christus ei ꝓperat: tētatoꝛē aūt minime.

TYTVS. Ergo cū dicit magister bōe q̄d faciēdo ꝛē. q. d. Bonus es dignare me respōso: i eo q q̄ro doctus suꝫ vetus testamētū: te tū pstantioꝛē video nō ꝓmittēte terrā: sed p̄e dicantem regnū celoꝝ. Dic g̃ mihi q̄d faciēdo vitā eternaꝫ potero possidere? Intentionē igit attēdēs saluatoꝛ q: fides ē via ad opera: cū dixisset ille: Quid faciā: hac q̄stione omis sa in notitiā fidei eū ducit. velut siquis iterrogaret medicū q̄d comedā: ꝛ ille oñderet q̄ deberēt cibū p̄cedere: ꝛ iō eū ad patrē remittit dicēs. Quid me dicis bonū? nō q ipse bo nus nō eēt: erat .n. bonū ex bono patre germē: bonꝰ boni fi lius. AVGV. de con. euā. Pōt autez videri distare aliud qō fm matthēum dicitur. quid me interrogas de bono? qō ad illud magis referri pōt: quod ait ille querēs. Quid boni faciam? Ibi .n. ꝛ bonuꝫ noīauit: ꝛ iterrogatio ē. commodissi me intelligitur vtrunq; dictū q̄d me dicis bonū: ꝛ quid me interrogas de bono: qō ad illud magis referri potest. TY TVS. Deiq; postq̃ docuit cognitionē fidei subiūgit. Da data nosti. q. d. qñ ꝓius deū noueris: tūc optime q̄res q̄d fa cies. CHRY. Expectāte aūt ꝓncipe audire xpm̄ dicente. Recedas a mandatis mosaicis: ꝛ meis attēde: ad mosaica eū mittit. vñ segtur: nō occides: nō mechaberis. THEO PHI. Primo quidē lex ea corrigit ad que facilꝰ labimur: vt mechari: cuius incētiuū est intrinsecum ꝛ naturale: ꝛ oc cidere: q: immanis belua furoꝛ. Sed furtū ꝛ falsi testimōij culpaꝫ raro contingit incurrere: sed ꝛ grauioꝛa illa existūt. ꝛ ideo secūdario furtuꝫ ꝛ falsum testimoniū ponit: vt rariꝰ fallentia ꝛ leuioꝛa. Segtur .n. Non furtū facies. non falsuꝫ testimonium dices. BASI. Nō ē aūt intelligenduꝫ fures ee solum bursaꝝ incisores: vel latrocinātes in balneis. Sꝫ ꝛ si qui duces legionum statuti vel commisso sibi regimine ciuitatū aut gentium. hoc quidem furtim tollunt: hec vero

vi ac publice exigunt. TYTVS. Sed videas in nō agendo p̄cepta ꝓsistere: qm̄ si mechat⁹ non fueris: castus es. si nō fureris: beniuolus. si falso nō testeris: veridic⁹. Attende virtutē iam facilē p̄ bonitatē statuētis. Nā mali fugā ingerit: nō boni exercitiū: quelibet aūt quies quolibz est facilior opere. THEOPHI. Sed ga ī parētes ꝓmittere: quāc̄z magnū sit crimen: raro tamē accidit. post oīa ponit. Honora patrē tuū ⁊ matrē. AMBRO. Est āt honor nō solū honorificētie: sed etiā largitatis. Honor eniz est deferre p̄ meritis. Pasce patrē tuū: pasce matrē: ⁊ si paueris: adhuc non reddidisti dolores ⁊ cruciatus quos p̄ te mater passa ē. Illi debes qō hēs: cui debes qō es: quātū iudiciū si pascat ecclia quos tu pascere nolis. Sed dices. Quod erā parētib⁹ collaturus: ecclesie mallē cōferre. Nō querit deus donum de fame parētū: sz vt pascēdos scriptura dicit parētes ita pp deū relinquēdos: si īpediāt deuote mētis affectū. Segtur. Qui ait. Hec oīa custo. a iuuen. mea. HIERO. Mentit adolescēs. Si. n. qō postpositū ē in mādatis. Diliges p̄ximū tuuz sicut te ipsuz: ope cōplesset: quō postea audiēs. Uade ⁊ vēde oīa q̄ habes: ⁊ da pauperib⁹: tristis absc̄essit. BEDA. Uel nō ē putādus esse mētitus: sed simpliciter vt vixerit. s. exterius esse cōfessus: aliogn nequac̄z marcus diceret: q̄ iesus intuitus eū dilexit euz. TYTVS. Oñdit aūt ꝓsequēter dominus q̄ si aliqs vetus testamētū pegerit: perfectus nō est sed deest ei seq xp̄m: vñ subdit. Quo audito iesus ait ei. ad huc vnū tibi deest: oīa q̄cunqz hēs vēde ⁊ da paupib⁹: ⁊ hē bis thesaurū ī celo. q. d. Queris quō sit possidēda vita eterna: sparge facultates pauperib⁹ ⁊ obtinebis illā. Parua sūt que impendis: magna que recipis. ATHANA. Nō. n. mūduz despiciētes putemus grādia gdē abdicasse: ga tota terra est in ꝓparatiōe celi breuissima: quapp si toti terre domiaremur: ei abrenūciātes: nihil dignū esset in ꝓparatōe regni celorū. BEDA. Quicūq; ergo pfectus esse voluerit: oportet vēdere que habz: nō ex pte sic̄ ananias fecit ⁊ saphira: sed totum. THEOPHI. vnde dicēs. Oīa que habes: summā pauptatē suadet. Sigd eniz restiterit: illius seruus est. BASI. Nō tamē docet facultates vendere: eo q̄ nāliter sint praue. alioquin creatura dei nō eēnt: vnde eas nō tā q̄z malas abycere: sz dispōere monuit. ⁊ ꝺdēnat aliqs ñ qz eas possidet: sed ga eis abusus ē. Quo fit vt facultatū fz māda dei dispensatio: ⁊ crimina deleat ⁊ regnū ꝓferat. vnde subdit. Et da pauperibus. CHRY. Poterat gdē de⁹ alere paupes: ⁊ sine hoc q̄ nos miseramur eoz: sed vult dātes dilectione astringi accipientib⁹. BASI. Dicente aūt dño. Da paupibus: puto nō expedire cuic̄z negligenter gerere: sz oīa diligenter disponere: ꝑcipue p̄ scipsū: si ex pte se habeat. sin aūt p̄ eos de gb⁹ cōstat q̄ fideliter ⁊ ꝓdenter disponāt maledictus. n. q̄ negligēter perficit opa dñi. CHRY. Gz illud q̄rit quō xp̄s erogare cūcta pauperibus perfectōis cē fatet̄: paulus autē ex dilectione hoc asserit esse imperfectū sed valde cōsonat qō subiūxit. Et veni sequere me. qō oñditur ex dilectione. In hoc eni cognoscēt omnes q̄ mei estis discipuli si dilectōez habueritis adiuicē. THEOPHI. Cum pauptate. n. ceteras quoq; virtutes hoiez habere oz. ob hoc ait. Et veni sequere me. i. in ceteris esto meus discipulus: iugiter me sequaris. CYRIL. Princeps aūt ille vi ni recentis capax non fuit: vetus vter exñs: sed tristitia ruptus ē. vñ segt̄: Dis ille auditis contristatus est: quia diues erat valde. BASI. mercator non tristatur in nūdinis pacis cēdo q̄ possidet: acgrendo sibi opportuna. Tu vo tristaris puluerē dans vt acquiras vitam beatam.

¶ Uidēs aūt iesus illū tristē factuz dixit. q̄z difficile qui pecunias hñt: in regnū dei intrabūt. Facilius est eni camelū p̄ foramē acus transire: q̄z diuitē intrare ī regnū dei. Et dixerūt q̄ audiebāt: Et qs pōt salu⁹ fieri? Ait illis. Que impossibilia sūt apō hoies: possibilia sūt apō deū. Ait aūt petr⁹. Ecce nos dimisim⁹ omnia ⁊ secuti sum⁹ te. Qui dixit eis: Amē dico vob: nēo est q̄ reliq̄rit domū aut parētes: aut frēs aut vxorē: aut filios aut agros pp regnū dei: ⁊ nō recipiat multo plura ī hoc tpe: et i seculo futuro vitam eternam.

THEOPHI. Qm̄ diues audita opū abiectiōe tristatus fuit: dñs admiratēr locut⁹ est. Dī. n. Uidēs au. ie. il. tri. fa. dixit. Q̄ difficile qui pecu. hñt. in re. dei intrare. Nō dicit impossibile ē eos intrare: sed difficile. Pōt enī perditias adipisci superna: sed difficile est: qz viscosiozes sunt visco diuitie. ⁊ vix euellitur animus occupat⁹ ab eis: sed subsequenter vt impossibile hoc indicat cum dicit. Facilius ē. n. camelus pforamē acus trāsire: q̄z diuitē intrare in regnū dei. Nomē qō in greco pomī equinocū est ad animal qō camelus dr̄: ⁊ ad rudētē: quocunqz ergo modo intelligas impossibile est. Quid igit̄ dicēdū ē: primo quidē q̄ reuera ita se hz. Aliud enim est diues: aliud euconomus. nam diues qui sibi reseruat diuitias. Euconomus vero siue dispensator qui ad opus alioz̄ has tenet. CHRY. Abrabā quidē possidebat opes pauperib⁹: ⁊ q̄ iuste eas possident: quasi suscipiētes a deo dispensant ī diuinis mādatis. qui vero cōtra deū acquisierūt: ⁊ in expendēdo faciunt illud idē. meretricib⁹ ⁊ parasitis dātes: vel humi abscondētes: egenis vero nihil ipēdētes. Nō ergo p̄hibz ditari: sz opib⁹ famulari. vult vt necessarys vtamur eis: nō vt custodiamus: nam famuli ē custodire: sed domini dispensare: si cōseruari eas vellet: non tradidisset eas hominib⁹: sed sineret in terra iacere. THEOPHI. Postro attendas illud q̄ diuitē quidē impossibile dicit saluari: possidentē vo diuitias difficile: quasi dicat: diues qui capit ē a diuitys ⁊ famulatur eis nō saluabitur: habēs vero illas .s. qui eis dominatur vix saluabitur causa humāe fragilitatis. Conatur. n. nos diabolus supplātare: quoadusq̄ possidemus diuitias ⁊ difficile ē aufugere decipulas ei⁹, iōq̄ bonū est pauptas ⁊ quasi tentatōe carēs. CHRY. Nulla. n. est diuitia⁊ ꝓmoditas aīa patiēte penuriā: nec lesio pauperta tis: aīa diuitys affluente. Si aūt ditescentis indiciū ē nullū egere: ⁊ pauperascētis indigere. palā est q̄ magis eē pauperē facit magis ditescere. Facili⁹ ē. n. q̄ quis ī paupertate q̄z ī diuitys opes cōtēnet: neq̄. n. talis ē ambit⁹ vt per magis habere fedet̄: Sed per hoc cōsueuit magis accēdi: sic̄ ignis q̄ maioz̄ suscipit escā: q̄ āt mala videnf eē iopie cōia sūt: q̄ vero diuitia⁊ ꝓpria sunt ea⁊. AVGV. de que euā. Diuitē ergo hic appellat cupidū re⁊ temporaliū: ⁊ de talibus superbiētē. his diuitib⁹ contrary sunt pauperes spiritu quorum ē regnū celorū. Mystite aūt facili⁹ est xp̄s pati p̄ dilectoribz⁹ seculi: q̄z dilectores seculi ad xp̄z posse conuerti. Camelī. n. nomine se intelligi voluit. qz spōte humiliat⁹ ifirmitatis nr̄e onera sustulit: p̄ acū aūt punctiones significat: per punctiones dolores in passione susceptos: forame aūt acus dicit angustiam passionis. CHRY. Dic aūt sermo quasi grauis transcendebat discipulorū virtutē. vñ sequitur. Et dixerunt qui hec audiebāt: Et qs pōt salu⁹ fieri? Hoc dixerunt discipuli non de se: sed de toto mundo timētes. AVGV. de que. euan. Lū autē incōparabiliter maior sit turba pauperū que diuitib⁹ perditis pōt saluari: intellexerūt omnes q̄ diuitias amāt: et si adipisci nequeant in diuitū numero deputari. Sequit: Ait illis: que ipossibilia sunt apud homines: possibilia sunt apud deum. Quod non ita intelligendum est quasi diues cuz cupiditate ⁊ superbia in regnū dei intrat̄⁹. sed possibile est deo vt a cupiditate ⁊ superbia ad charitatem ⁊ humilitatez cōuertatur. THEOPHI. Apud homines ergo quoz̄ serpit intentio ad terrena: ipossi

bilis est salus vt dictū est: apō deum vero possibilis est. Cū enīz homo ꝓfiliariū habet deū: ⁊ iustificationes ⁊ doctrīas pauperratis imbiberit: necnō eius auxiliū inuocet hoc fiet rit: recōpēsationē expectabit. Qui vō parua possidēs ea ab dicauit: quid ei sperādū ceēt: q̄rere ōcebat. vñ sequit: Ait āt bis: BEDA. q. d. Decim⁹ qō iussisti: qd igit dabis nobis p̄ my: Et ga nō sufficit dimittere oīa iūgit qō pfectū ē dicēs: Et secuti sum⁹ te. CYRIL. Illud aūt necesse ē dicere: q̄ paucis abrenūciātes q̄tū spectat ad ꝓpositū ⁊ obediētiaz pari lance cū opulētis pendūtur parib⁹ vtentes affectibus. dū rex quas possidēt abiectiōez vltro inferūt. vñ segt: Amē dico vobis. Nemo ē q̄ reli. do. aut parē. aut fra. aut vxo. aut fi. aut agr. pp̄ reg. dei ⁊ nō recipiat mul. plu. in hoc tpe ⁊ in secu. futu. vitā eternā. Eleuat ad acceptissimā spē oēs audi entes iureiurādo ꝓmittens: dū apponit sermoni amē. Do/ctrina enī diuina mūdū vocāte ad fidē xp̄i: forsitan aliq̄ re spiciētes parētes infideles noluerūt eos turbare veniendo ad fidē. ⁊ similis ē ratio alioz germanoz. Deserūt aūt gdā patrē ⁊ matrē: ⁊ totius parētele amorē despiciūt pp̄ amorez xp̄isti. BEDA. Sensus igit iste ē: q̄ pp̄ regnū dei inquirē dū oēs affect⁹ cōtēpserit: oēs seculi diuitias: delicias risus q̄s calcauerit: multo plura in p̄nti recipiet. cuius sn̄ie occasi one gdā iudaicā mille ānoz fabulā post resurrectionem in sto edificāt: q̄n oīa q̄ pp̄ deū dimittimus multiplici nobis sint fenore reddēda ⁊ insup̄ vita eterna donāda. Necvidēt inexpti q̄ si in ceteris digna sit repromissio: in vroz⁹ tū in rta alios euāgelistas centenis: appareat turpitudo: p̄sertim cum dīs in resurrectiōe nō esse nubendū testetur. Et iuxta marcū ea q̄ dimissa fuerint: in hoc tpe cū psecutionib⁹ acci piēda cōfirmet: quasi illis mille ānis abesse dogmatiçant.

CYRIL. Hoc ergo dicim⁹: q̄ omissis tpalib⁹ ⁊ carnali/ b⁹ multo maioza sibi aliquis vēdicabit: q̄n ⁊ apli cū pauca dimiserint: obtinuerunt multiplicia dona charismatum: ⁊ celebres reputati sūt vbiq̄z: Erim⁹ ergo similes illis: si do mū quis dimittet: recipiet mansiones supnas: si patrē: p̄rez bēbit celestē. Si a germanis recesserit: in frēz hūc recipiat p̄s. Cū dimiserit cōiugē: iueniet diuinā sapiaz a qua ꝓcrea bit spiritales fruct⁹: iueniet hierlz celestē q̄ est mr̄ nr̄a. A fra tribus ēt ⁊ a sororib⁹ sui ꝓpositi glutino spiritali colligatis multo ī hac vita gratiosiorē recipiet charitatem.

CAssūpsit āt ies̄us duodecī ⁊ ait illis: Ecce ascē dim⁹ hierosolymā: ⁊ ꝓsumabūt oīa q̄ scripta sūt p̄ ꝓphetas de filio hois. Tradet. n. gētib⁹ ⁊ illu det ⁊ flagellabit ⁊ ꝓspuet. ⁊ postq̄z flagellauerit occidēt eū: ⁊ die tertia resurget. Et ipsi nihil ho rū itellexerūt. Et erat verbū istud absconditū ab eis: ⁊ non intelligebant que dicebantur.

THEOPHI. Preuidēs enīz quosdā here loz aīos turbādos: eis longe ante ⁊ passiōis sue penaz: ⁊ re surrectiōis sue gloriā predicit. vnde dicit: Assumpsit aūt ihs p̄ppbe. de filio hois. BEDA. Preuidēs enīz quosdā here ticos futuros qui xp̄m dicerēt legi ꝓphetisq̄z docuisse ꝏtra ria: oñdit q̄ per prophetarum presagia sue passionis ⁊ poste riozis glozie sit celebrata perfectio. CHRY. Seozsum autem de passione cum discipulis confert. Non enim opoz tebat hunc sermonem pluribus diuulgari: ne turbarentur. Ob hoc autem predicebat discipulis. vt excitati per expe ctationem facilius sustinerent. CHRY. Et vt sciant: quo niam passionem prenouit: ⁊ spontaneus ad eam accessit. ne dicerent: qualiter in manus hostiū incidit: qui nos ꝓmitte bat saluare. vñ seriatim ordinez passiōis enarrat subdens.

Tradet. n. gētib⁹: ⁊ illudetur ⁊ flagellabitur ⁊ conspuetur. CHRY. Hoc isaias predixerat dicēs: Obtuli scapulas meas ad verbera: genas meas ad alapas: ⁊ faciē meā nō di uerti a sputoz. dedecoze. Sz ⁊ crucis patibulū p̄dixit ꝓpba cū ait: Tradidit in mortē aīam suā: ⁊ cū sceleratis reputat⁹ est. vnde ⁊ hic subdit. Et postq̄z flagellauerint occidēt eum Sed ⁊ resurrectionē eius dauid predixit dicens. Nō dere liques aīaz meā ī inferno. vnde hic subdit: Et tertia die re/surget. ISIDO. Admiroz aūt dementiā querētiū cur xp̄s ante triduū resurrexit. si enim resurgeret tardius q̄z p̄dixe rat: impotētie esset: celerius vero: est summe virtutis indici uz. Si quē enim cum spoponderit suo creatoz post triduū psoluere debitum: eadez die satisfaciētē viderimus: nō fal lacē sed potius vt veridicū cum mirabimur. dicā etiam q̄ non dixit se post tres dies resurrectuz: sed die tertia. Dēs parasceuē: habes sabbatum vsq̄z ad solis occasum: ⁊ post sabbatum resurrexit. CYRIL. Discipuli autem nonduz nouerant exquisite quod prophete predixerant: sed postq̄z resurrexit aperuit eis sensum: vt intelligerent scripturas. vnde sequitur: Et ipsi nihil horum intellexerunt. BE/DA. Quia enim discipuli eius vitam maxime desidera bāt: eius mortē audire nō poterant. Et quoniam non solū hominem inocentē: sed ⁊ deum vez sciebāt: hūc nullaten⁹ mori posse putabant. Et q̄ parabolas eū sepe loquentez au dire ꝓsueuerant quotiens aliquid de sua passione dicebat: ad aliud allegozice referēdum esse credebāt. vnde sequit: Erat autem verbum istud absconditum ab eis: ⁊ non intelli gebāt que dicebant. Judei vero q̄ in ei⁹ necē ꝓspirauerāt: q̄ de passione sua loquereē dicēs in ioāne: Oportet exalta ri filium hominis intelligebant. vnde dixerūt: Nos audiui mus ex lege quia chr̄ist⁹ manet in eternum: ⁊ quomodo tu dicis. Oportet exaltari filium hominis?

CFactū est aūt cū appropinquaret hierico: ccc⁹ qdā sedebat secus viā mendicās. Et cū audiret turbā pretereūtē: interrogabat qd hoc esset. Di xerūt aūt ei: q̄ ies̄us nazarenus transiret. Et cla/mauit dicēs. Jesu fili dauid miserere mei. Et q̄ preibāt increpabāt eū vt taceret. Ipse vero mlto magis clamabat: fili dauid miserere mei. Stās aūt ies̄us iussit illū adduci ad se. Et cū appropin quasset: interrogauit illū dicens: Quid tibi vis fa ciā? At ille dixit: Dñe vt videā. Et ies̄us dixit ei: Respice. Fides tua te saluū fecit. ⁊ cōfestim vi/dit: ⁊ sequebat illū: magnificans deum. Et om nis plebs vt vidit: dedit laudem deo.

GREGO. in hom. Quia carnales adhuc discipli nō vo lebāt capere verba mystery: venit ad miraculum: ante eo rum oculos cec⁹ lumē recipit: vt eos ad fidē celestia facta solidarent. vnde dicit: Ea. est aūt. cū appro. hie. ce. qui. se. se. vi. mēdicās. THEOPHI. Et ne icessus dñi esset iutilis: ī via: fecit ceci miraculū: hoc documētū discipul⁹ suis dans: vt in omnib⁹ simus ꝓficui: ⁊ nihil sit ī nob⁹ ociosum. AV GV. de questi. euan. Possemus de appropinquantib⁹ hie richo sic intelligere: vt iam inde egressi: prope tamē adhuc essent ad eā ciuitatē: q̄dem minus vsitate dicit. Sed tū videri posset hoc dictū: quoniam matthe⁹ egredientib⁹ eis ab hiericho dicit illuminatos duos cecos: q̄ iuxta viaz sede bant. De numero quidem nulla esset q̄stio: si alter euangeli starum de vno tacuisset vnius reminiscens. nam ⁊ marcus vnū cōmemoraz: cū ⁊ egredientib⁹ eis ab hiericho dicit illu minatū: cuius ⁊ nomen dixit ⁊ patrem: vt intelligam⁹ cum fuisse potissimū. alterz ignotum: vt merito ille notus etiam solus decenter cōmemoraretur. Sed quoniā que sequūtur

in euangelio ſm lucam:aptiſſime oſtendunt illud quod ipe narrat adhuc venientibus ipſis hiericho factum eſſe: nihil aliud reſtat intelligere: niſi bis eſſe factuz hoc miraculū:ſe mel in vno ceco:cū adhuc veniret in illā ciuitatē:itez ī duo bus cū inde egrederet:vt illud vnū lucas: alterū matthe⁹ enarrat. CHRY. Multus aūt erat populus circa xp̄z ⁊ cec⁹ eū qdē nō nouerat:ſētiebāt āt effectū:⁊ rapiebat p affe cum:qō nō hauſit aſpect⁹. vnde ſubditur: Et cū au.tur. pte. inter.qd hoc eſſet. Et oculati qdē ſm opīonē loq̄bant. Seq tur: Dixe.aūt ei:q⁹ ieſus naça.trāſiret. Cecus vero vera cla mabat:alia doceſ:⁊ alia p̄dicat. Nā ſeq̄t: Et cla.di.ie. fi.da. mi.mei. Quis te docuit hoc hō:nō plegiſti libros p̄uat⁹ lu minib⁹?:Unde igiſ noſti luminare mundi:vere dñs illumi nat ceos. CHRY. Jn iudaiſmo aūt nutrit⁹ nō ignorauit q⁹ de p̄genie dauid deus ſz carnē naſcereſ:⁊ iō ei vt deo lo q̄ſ dicēs. Miſerere mei:hunc imitentur q in duo diuidunt xp̄m:hic.n.xp̄m tanq̄ deū adit:⁊ filiū dauid eū noīat: mirē tur autem inſtātiā confeſſionis eius. Quidā.n.eū ꝓfitētem fidē compeſcebāt. Sequit: Et q prei. īcrepa.eū vt tace. Sz per inhibitiones huiuſmodi non impediebatur eius auda cia. Nouit eniz fides oīb⁹ repugnare:⁊ in oīa triumphare. vtile enī ē p̄ro cultu diuino pudorē deponere:nā ſi cā pecu nie ſunt impudentes nōnulli:p̄ro aīe ſalute nō decet bonaz induere impudētiā:vnde ſegtur. Ipſe vero multoma.cla. Ēi.da.mi.mei. Siſtit aūt xp̄m vox inuocātis in fide:⁊ inuo cantes in fide reſpicit.⁊ ideo merito vocat cecū ⁊ accedere iuſſit.vnde ſeq̄t: Stans aūt ieſus iuſſit illū adduci ad ſe:vt .ſ.q p̄us fide eū tetigerat:appropinq̄ret ⁊ corpore. Appropi quantem cecū dñs interrogat: Nā ſequiſ: Et cū app.iter.il. di. Quid tibi vis faciā:Diſpēſatiue interrogat:nō q̄ſi igno rās: ſzvt ſcirent aſtantes q⁹ nō petebat pecuniā:ſed diuinā efficatiā:vt a deo. vñ ſeq̄t: At il.di.do.vt vide. CHRY. Uel qz calūniatores vītatis iudei poſſent dicere:vt in ceco nato:nō ē hic ſz ſimilis eius:voluit vt cecus p̄us oſtenderet defectū nāe:⁊ tūc cognoſcat gratie maieſtatē.at vbi petitio nis modū cecus explicuit:tūc ſumma maieſtate p̄cepit ei vt videret.vñ ſeq̄t. Et dixit il.ie.: Reſpice:qō redūdabat in crimē pfidie iudeoz:qs enī ꝑpharus talia dixit:Aſpice tū quid aſſumat medicus ab eo cui collata ē ſanitas. Sequiſ eniz: Fides tua te ſaluum fecit. Pro fide enim venduntur beneficia diffunditur enim gratia quā ſuſcepit fides. Et ſi cut ab aliquo fonte bi quidem paruis vaſis modicuz aque hauriunt:bi vero maioꝛib⁹ multū:fonte nō deſtinguēte mē ſuras:⁊ ſm feneſtras que aperiūtur magis vel min⁹ ſplen doꝛ ſolis infundiſ:ita ſm capacitatē intētionis hauriſ gra. vertiſ aūt vox xp̄i in lucē languētis.erat enī verbū vere lu cis.vñ ſeq̄t. Et confeſtim vidit. At cecus ⁊ ante beneficiuz fidem oſtendit feruidam:⁊ poſt beneficium beniuoletiam obſeruauit. Seq̄t ⁊ ſeq̄.il.ma.de. CHRI. Ex quo pz q⁹ a duplici cecitate libabaſ:corpali.ſ.⁊ ītellectuali.neqz.n.glīfi caſſz vt deū niſi ve vidiſſz:ſz ⁊ alys fact⁹ ē occaſio glīficādi deum. Sequitur: Et omnis plebs vt vi. de.lau.deo. BE DA. Nō ſolum p̄ro impetrato munere lucis.ſz ⁊ merito fi dei ipetrātis. CHRY. Dic āt neceſſe ē querere cur xp̄s demoniacum quidez curatū ſequi volētez p̄hibet:cecum aūt illuminatū ſequētez nō ꝓhibet:ſed neutrū irrationale puto:illū enim mittit p̄conē:vt ex ſua ꝓſiſtētia bñfactorē p̄dicet. erat enī excellēs miraculū videre furioſuz ſane mē tis effectū. Cecū vo pmittit ſeq;qñ hieroſolymā aſcēdebat q crucē pfecturus altū myſteriū:vt recētez habentes mira culi mētionē nō exiſtimaret eū infirmitate poti⁹ q̄ mīa pa ti. AMBRO. Jn hoc aūt typus populi gētilis eſt q ſacra mento dñico recepit amiſſi luminis claritatem. Nihil autē intereſt:vtrū in vno ceco medicinā:an in duobus accipiat: qñ ex chaz ⁊ iaphet noe filys originē ducēs in duobus ce cis duos generis ſui p̄tēdebat auctoꝛes. GRGO. in ho. Uel cecū ē genus humanū:qō in parente primo claritatez ſuperne lucis ignorās:dānationis ſue tenebras patiſ. Hie richo aūt interpretatur luna:que dū mēſtruis mōētis de creſcit:defectū noſtre mortalitatis deſignat.dū igiſ condi tor noſter appropinquat hiericho:cecus ad lumen redit:qa dū diuinitas defectū nr̄e carnis ſuſcepit humanū genus lu mē qō amiſerat recepit. Qui ergo eterne lucis claritatē ne ſcit:cecus eſt. Si aūt tam redēptorē credidit qui dixit. Ego ſum via iuxta viā ſedet Si vo credidit ⁊ exorat:vt eternū luñ recipiat iuxta viā ſedz ⁊ medicat. Illi āt q illz veniēte p̄cedūt deſignāt carnaliū deſideriozz turbas tumultuſqz vitiozū:qui p̄iuſq̄z ieſus ad coꝛ noſtrū pueniat:diſſipant co gitatione nr̄am:⁊ in ipſa nos nr̄a oꝛone ꝓturbant. Ipſe vero magis clamabat:quia quanto grauioꝛi tumultu cogitatōe premimur:tanto oratioꝛi inſiſtere ardētius debemus. Eū autē adhuc turbas phantaſmatum in oratione patimur ſe ſum aliquatenus trāſeuntē ſentimus: Cum vero oratioꝛi vehemēter inſiſtimus:deus in coꝛde figitur:⁊ lux amiſſa re paraſ.vl trāſire humanitatis eſt:ſtare diuinitatis. Cecū igi tur clamātez dñs trāſiens audiuit: ſtans illūinauit: quia p hūanitatē ſuā vocib⁹ nr̄e cecitatis ꝓpatiēdo miſerꝝ ē:ſz lu mē nobis gr̄e p diuinitatis potētiā ifudit. Ad hoc aūt reg rit qd velit vt coꝛ adoꝛez excitet:peti.n.hoc vult:qō ⁊ nos petere ⁊ ſe ꝓcedere p̄noſcit. AMBRO. Ul iterrogauit ce cū vt crederem⁹:niſi ꝓfitētē nō poſſe ſaluari. GREGO. i ho. Cec⁹ āt a dño nō auz:ſz lucē q̄rit. Et nos nō falſas diui tias:ſz lucē q̄ramus: quā videre cū ſolis āgelis poſſim⁹:ad quā lucē via fides ē.vñ recte ceco dr̄: Reſpice: fides tua te ſaluū feč. Qui videt ⁊ ſeq̄t:qz bonū qō itelligit opaſ. AV GV.de q.euā. Si āt hiericho lunā ⁊ ob hoc mortalitatē in terp̄retamur:morti p̄ſiquās dñs iudeis ſolis lumē euange lij iuſſerat p̄dicari:quos ſignificauit ille vnus cecus qui lu cas cōmemoꝛat:a morte aūt reſurgēs atqz deſcendens ad deis ⁊ gentib⁹ quos duos populos ſignificare videnſ duo ceci commemoꝛati a matthęo. CA. XIX.

Et igreſſus pambulabat hiericho. Et ecce vir noīe zacheus: ⁊ hic p̄ ceps erat publicāoꝛū: ⁊ ipſe diues. Et querebat videre ieſuz qs eſſz: ⁊ nō poterat p̄e turba:qz ſtatura pu ſillus erat. Et p̄curres aſcēdit ī arboꝛē ſicomoꝛ vt videret eū:qz ide erat tranſiturus. ⁊ cū venit ſet ad locū:ſuſpiciens ieſus vidit illuz:⁊ dixit ad eū: zachee feſtinans deſcende: qz hodie ī domo tua opoꝛtet me manere. Et feſtinans deſcendit: ⁊ excepit illū gaudens. Et cuz viderent omnes murmurabāt dicentes:q⁹ ad hoiem peccatoꝛez diuertiſſet. Stās aūt zacheus dixit ad ieſum. ec ce dimidiū bonoꝛ meoꝛ do pauperibus:⁊ ſiqd aliquē defraudaui reddo q̄druplū. Ait ieſus ad eū. Quia hodie ſalus domui huic facta eſt:eo q ⁊ ipſe filius ſit abrae. Venit enīz filius hominis querere ⁊ ſaluum facere quod perierat.

AMBRO. Zacheus ī ſicomoꝛo:cecus ī via:quoꝛ alter tat.de q̄ dr̄. Et igreſſus ieſus pābu.hie.⁊ ec.vir noīe ẓache. ⁊ hic erat p̄n.publica.⁊ ipſe diues. Et bñ p̄nceps iducit pu blicanoꝛ. Quis.n.de ſe deſpet qñ iſte puenit ad gratiā: cui ceſſus ex fraude:⁊ ipſe qdem diues: vt ſcias oēs diuites aua ros. CYRIL. Sz ẓache⁹ in his moꝛam non trazit:ſed ſu ctus eſt dignus p̄opitiatiōe dei:qui ceꝛos illuminat:⁊ lorū

ginquos vocat. TYTVS. Pullulauerat aũt in eo semen salutis: qz cupiebat ihesuz videre. vnde segr̃ 7 q̃rebat videre ihesuz qs esset. Utpote q nunq̃ eũ viderat: qz si vidisset dudũ põt negtie imozari. Duo aũt erãt impedimẽta huic visiõi. aũt paruus statura. vñ segr̃: Et non poterat pre turba: quia statz ꝙ huius expressit: vide ne forte malicia pusillus: aut adhuc pusillus fide. nõdũ enĩ pronus erat cũ ascẽderet: nõ dũ viderat christũ. TYTVS. Sed ille bonũ adiuenit in genitũ: nã pcurrẽs in arborẽ sicomoz ascendit: 7 trãseuntez iesuz desideratũ videbat. vnde sequĩ: Et pcurrẽs ascendit in arborẽ sicomoz vt videret illũ qa inde erat transitu re ꝙ q̃rim⁹. dedit ei supza id qõ expectabat. vnde sequĩ. Et cũ venisset ad lo. suspiciẽs iesus vidit illũ. CYRIL. Uidit gdẽ boĩs animã pmptissime nitentẽ ad sancte viuẽdũ: 7 eũ ad pietatẽ ꝛuertit. AMBRO. Capit eũ se nõ inuitar⁹ inuitat. vñ segr̃: Et dixit ad eũ. Zachee festinans descẽde: ga rẽ bospitis sui esse mercedẽ: sz tñ 7si nõ vocẽ: inuitãtis audi erat affectũ. BEDA. Ecce aũt camelus deposita ibi sarci na per foramẽ acus transit: hoc est diues 7 publicanus reli cto amoze diuitiaz: cõtẽpto sensu fraudũ: benedictionẽ dñi ce susceptionis accepit. Segtur: Et festinãs descẽdit: 7 acce pit illũ gaudẽs. AMBRO. Discant diuites non in facultatib⁹: tatib⁹ crimẽ babere: sed in bis qui vti nesciunt facultatib⁹: Nã diuitie sicut impedimẽta sunt iprobis: ita bonis sũt admẽta virtutis. CHRY. Sed ꝛsidera nimiã saluatozis bonitatẽ. Insons cũ sontib⁹ cõuersar̃. Fons iustitie cũ auaritie nebula iniuriã patir̃: sed fulgoze iustitie auari ritia: q̃ est materia prauitatis. ingressus domũ publicani nul tant in bis q̃ ab eo fiebãt. Sequĩr enĩ. Et cũ vide. om. murtiã delet. sed mozdaces 7 criminatiõis amatozes inuehi tẽ mu. dicẽ. ga ad bo. pec. diuertisz. Ipse vo icusat⁹ vt epulo 7 publicatoz amic⁹ spernebat hec: vt cõsummaret ppositũ. ga 7 medicus nisi patiar̃ saniez egrotoz: non liberat a mozbo: qõ 7 tunc cõtigit: qñ cõuersus est publican⁹ 7 factus est melioz. Sequĩr: Stãs aũt Zache⁹ dixit ad iesum: Ecce di. bo. meo. dñe. do. pau. 7 sigd ali. defrauda. red. q̃druplũ. Au di mirabile: Nõdũ didicit. 7 obedit: Et sicut sol p radios in fusus in domũ nõ illustrat verbo. sed opere: ita saluatoz ra dys iustitie: negtie fugauit caliginẽ: nã lux in tenebzis lucz Quodlibet aũt vnitũ ẽ validũ: diuisuz aũt debile: 7 iõ bipartit substantiã. Est ãt diligẽti⁹ attendẽdũ: q⁹ opes çachei nõ solũ erãt iniuste: sz ẽt ex patrimonio fuerũt cõgregate aliogn quõ poterat extorta iniqua restituere in quadrupluz. Scie bat. n. legẽ iubẽtẽ restituere in quadrupluz. Scie lex nõ terr̃eat: dãna mitigẽt. nõ q̃ expectat çacheus legis cẽ surã: ipse sibi iudex effect⁹. THEOPHI. Sed si subtili⁹ indagare velim⁹ nibil de ꝓpzys restabat facultatib⁹. Data eniz medietate bonoz paupib⁹ ex residuo reddebat lesis ĩ quadruplo: nec solũ hoc promittebat: sed faciebat. Nõ eniz ait: Dabo medietatẽ 7 restituã quadrupluz: sed do 7 reddo. At christus illi salutẽ ãnunciat. Sequĩr: Hit ic. ad eũ quia ho. sa. huic do. facta est. ipsum çacheum significans assecutũ fuisse salutẽ p domũ habitatozẽ significãs. Sequĩr: Eo q⁹ ipse filius sit abrae. Nõ enĩ vocasset abrae filiũ inanimatã fabricã. BEDA. Filiꝰ aũt abrae çacheus dr̃: non quia dei eius stirpe genit⁹: sed quia eius est fidem imitat⁹: vt sicut ille terrã domũq̃ paternã deseruit: ita iste bona sua partiendo paupib⁹ relinqueret. Pulchre aũt dicit: Et ipse. vt nõ solũ eos q iuste vixerãt: sed 7 eos q ab iniustitia respiscũt: ad filios ꝓmissionis pertinere declaret. THEOPHI. Nõ aũt dixit q⁹ filius erat abrae. sz qñ nũc ẽ. nã ꝓus qñ erat publicanoz ꝓnceps nullã similitudinẽ bñs ad abzaã iustũ: nõ erat abrae filiꝰ. Sed quia murmurabãt quidã eo q⁹ mozaretur cũ viro peccatoze: ad compescẽdos illos subdit: Uẽit enĩz filius hois querere 7 saluum facere quod perierat.

CHRY. q. d. Quid me criminamini si rectifico peccatores: taz enim procul est a me odiũ peccatoz: q⁹ cozuz cã ad uenerim. nã medicus veni: nõ iudex: ob hoc cõuiua fio languẽtiũ: patiozqz fetoreꝫ: vt presẽ remedia. Queret aũt aliquis quomodo paulus iubet siquis frater fuerit ꝓcax aut auarus: cum huiusmodi nec cibũ esse sumendũ. Christus ãt erat publicanozum conuiua: sed nondum ꝓuecti erant isti vt fierẽt frẽs: sed 7 tunc vitare precepit paulus frẽs cũ perstant ĩ malo: bi vo erãt mutati. BEDA. Mystice aũt ça cheus q interꝓtatur iustificatus: credẽtẽ ex gẽtib⁹ pplm̃ significat: q p occupationẽ tpaliũ depressus erat 7 minim⁹: sz a deo scificat⁹: q intrãtẽ hierico saluatozẽ videre voluit: dũ fidẽ quã mũdo attulit: pticipare q̃siuit. CYRIL. Turba ãt ẽ ipite ꝓfusio mltitudinis: q̃ vticẽ neguit videre sapiẽ. q̃ çache⁹ q̃diu ĩ turba ẽ: ñ vidit xp̃z: sz plebeiã trãgressus isciãtia: meruit quẽ ỏsiderabat aspicer̃. BEDA. Ul turba. i. vitioꝛ ꝓsuetudo q̃ cecũ clamãtẽ icrepabat: ẽt hũc suspiciẽtez tardat: sz sic ãpli⁹ clamãdo cec⁹ turbã vic̃: ita pusill⁹ terrena reliquẽdo 7 arborẽ crucis ascẽdẽdo: turbã obstãtẽ trãscẽdit. Sicomoz⁹ nãq̃ q̃ ẽ arbor filyꝰ mozo filis: sz altitudie pstãs vñ 7 a latinis celsa nũcupar̃. Sic⁹ fatua dr̃: 7 eadẽ dñica crux credẽtes alit vt fic⁹: ab icredulis irridet vt fatua. Quã arborẽ pusill⁹ statura zache⁹ vt coꝛaltari possit ascẽdit: cũ qlibz bũil' 7 ꝓprie cõsci⁹ ifirmitatis clamat: Mihi absit gloziari: nisi ĩ cruce dñi nr̃i iesu christi. AMBRO. Pulchre ãt addidit: qz illa pte erat trãsitur⁹ dñs: vel vbi sicomoz⁹ vl' vbi creditur⁹ vt mysteriũ fuaret: 7 gr̃az semiarz. sic. n. venerat: vt p iudeos veniret ad gẽtes. Uidit itaqz zacheuz surszum: iã. n. sublimitas fidei iter fructꝰ bonoz opez: iter fecunde altitudinẽ arboris emĩnebat. Zache⁹ aũt supza arborẽ est: qz ẽ supza legẽ. BEDA. Perãbulãs aũt dñs venit ad locũ vbi zache⁹ sicomoz ascẽderat: qz missis p mundũ pdicatozib⁹ in gb⁹ ipse loquebar̃ 7 ibat. Uenit ad ppl̃z nationuz q passiõis ei⁹ fide iã sublimis erat: quẽ suspiciens vidit: qz p gratiã elegit. Manebat aũt aliquãdo dñs in domo pncipis phariseoz: sz cũ opa digna deo faciẽtẽ lingua venenata carpebant. vñ coz perosus facinora discessit dicẽs: Relinquet̃ domus vestra deserta. Podie autẽ ĩ domo pusilli zachei oz illũ manere. i. noue legis gr̃a cozuscantẽ ĩ humiliũ nationũ corde gescere. Oõ aũt descẽderet de sicomoro 7 sic mansionẽ ĩ domo pare iubet̃: hoc ẽ qõ ait apl's: Etsi cognouim⁹ ꝟz carnẽ xp̃z: sed iã nũc nõ nouim⁹. Etsi. n. mortuꝰ ẽ ex infirmitate: sed viuit ex virtute dei. Mãifestũ ẽ aũt iudeos gẽtiũ semp odisse salutẽ: sz salus q̃ olim iudeoz domos iplebat: bodie ppl̃z nationũ illuxit: eo q⁹ 7 ipse populus filius sit abrae credẽdo ĩ deũ. THEOPHI. Sz 7 facile ẽ hoc ad mozalẽ vtilitatẽ retoz̃re. Quisqs. n. i malicia plurib⁹ ꝑest: puus ẽ statura spiritali: 7 nõ põt videre iesuz pre turba. Naz ppleꝛus a passionib⁹ 7 secularib⁹ reb⁹: nõ aspicit iesuz ãbulãtez .i. ĩ nob operãtẽ nullũ opus ei⁹ cognoscẽs. Ascẽdit autẽ supficomoz. i. voluptatis dulcedinẽ: q̃ significat p ficuz: deprimẽs eam: 7 sic sublimioꝛ fact⁹: videt 7 videt a xp̃o. GREGO. xxvij. moz. Uel qz sicomoz⁹ ficus fatua dr̃: pusillus zache⁹ sicomoz subyt 7 dñz vidit: qz q mũdi stulticiã humiliter eligũt: ipsi de bis sapiẽtiã subtiliter ꝛtẽplanr̃. Quid. n. in boc mũdo stulti⁹ q̃ amissa nõ q̃rere: possessa rapientib⁹ relaxare: nullam ꝓ acceptis iniurys iniuriã reddere. Per banc autẽ sapientẽ stulticiã: 7si nondũ solide vt ẽ: iã tamen p contẽplatõis lumẽ dei sapientia videt̃. THEOPHI. Dicit aũt ei dñs: Festinãs descẽde. hoc ẽ: Ascendisti p penitentiã ad altiozẽ locũ: descẽde per humilitatẽ: ne te supplanter elatio: oportet. n. me ĩ bũilis domo manere. Heminin aũt

bonis in nobis existētibus: corporalibus.s.ꝛ spūalibus: cū cta corpalia derelinquit iustus pauperib⁹:sed spiritalia nō deserit bona:sz sīgd exegit ab aliquo reddit ī q̄druplū:signi ficans per hoc q̄ sīgs p̄ penitentiā pergit iu contraio trami te prisce p̄uitatis:p multiplices virtutes sanat omnia p̄i stina delicta:ac sic p̄merebit saluti vocaturq; filiꝰ a abrae eo q̄ a p̄prie cognatiōe exierit.s.ab antiqua nequitia.

¶ Hec illis audiētib⁹ adiiciēs dixit parabolaz eo q̄ eēt p̄pe hierlīm: ꝛ qz existīarēt q̄ p̄festiz regnū dei manifestaret. Dixit ergo. Hō quidam nobi lis abiit in regionē lōginquā accipere sibi regnū ꝛ reuerti. Vocatis aūt decē seruis suis: dedit eis de cē mnas: ꝛ ait ad illos. Negociamini dū venio. Ciues aūt ei⁹ oderāt eū: ꝛ miserūt legatōnē post illū dicētes: Nolumus hūc regnare sup nos. Et factū est vt rediret accepto regno: ꝛ iussit voca ri seruos qb⁹ dedit pecuniā vt sciret quātū q̄sq; negociat⁹ eēt. Venit aūt primus dicēs: Domi ne mna tua decē mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone:qz ī modico fuisti fidelis:eris ptātez habēs supra decē ciuitates. Et alter venit dicēs Domine mna tua fecit q̄nq; mnas. Et huic ait. Et tu esto sup q̄nq; ciuitates. Et terti⁹ venit di cēs: Dñe ecce mna tua quā habui repositā in su dario. Timui.n.te qz hō austerus es : tollis qđ nō posuisti: ꝛ metis quod nō seminasti. Dicit ei. De ore tuo te iudico serue neq̄z. Sciebas eniz q̄ ego hō austerus suz:tollēs quod nō posui ꝛ me tens qđ nō seminaui. ꝛ quare nō dedisti pecuni az meā ad mēsaz ꝛ ego veniens cū vsuris vtiq; exegissez illaz: ꝛ astantib⁹ dixit. Auferte ab illo mnam ꝛ date illi qui decē mnas habz. ꝛ dixerūt ei: Domine habz decē mnas. Dico autem vo bis quia omni habenti dabitur ꝛ abundabit. ab eo aūt qui non habet ꝛ qđ habet auferet ab eo. Veruntamen inimicos meos illos qui noluerūt me regnare super se adducite huc ꝛ interficite ante me.

THEOPHI. Ut nobis ĩnotescꝛet oratiõis virtus: q̃ tam: vt dicit: Apparuit ãt illi angelus de celo ꝓfortans eũ. BEDA. Alibi leginus qz angeli accesserunt z ministrabant ei: In documẽto ĝ vtriusq̃ nature ãgeli: z ei ministraſſe:z eũ ꝓfortasse dicunt. Creatoꝛ.n.creature sue nõ eguit p fidio:sz hõ factus:sicut pp nos tristis ẽ:ita pp nos ꝓfortat. THEO. Quidã aũt dicũt: qñ apparuit ei angelus glorificãs eũ z dicẽs: Domĩe tua ẽ vtus.tu nãq̃ potes ꝓtra moꝛtẽ z infernũ genꝰ hũanũ liberare. CHRY. Et qz nõ phã nis veritatẽ: z opilet hereticoꝛ oza: queq̃ hũana sustinet. Segt̃.n.Et fa.in agonia ꝓlixiꝰ orabat. AMBRO. Poꝛrẽt pleriq̃ boc loco.q tristiciã saluatoꝛis ad argumẽtũ inducẽtes potius a principio q̃ suscepte ad tps infirmitatis iclinãt. Ego aũt non solũ excusandũ nõ puto:sz nusq̃ magis pietatẽ eius maiestatẽq̃ demiroꝛ. Minus.n.ꝛtulerat mihi:nisi meũ suscepisset affectũ. Suscepit.n.tristiciaz meã vt mihi suaz leticiã largiretur. Confidenter tristiciã nomine: quia cruceꝫ predico. Debuit ergo dolorẽ suscipere: vt vinceret. Neq̃.n.habent fortitudinis laudẽ q stupoꝛẽ magis vulnerũ tulerint q̃ dolorem. Nos ergo voluit erudire: quẽadmodũ moꝛtẽ: z qđ est amplius: future moꝛtis mesticiã vincerem. Doles ergo dñe nõ mea: sed tua vulnera. Infirma tus est.n. ꝓpter delicta nra: z fortasse tristis est iõ qz pꝰ adlapsũ talũ trãsitu nobis erat ex hoc seculo recedẽdũ: vt mori ẽẽt necesse. Nec illud distat a vo. Sed tristis erat p pseuangoꝛibus suis: quos sciebat in malis sacrilegy penas datuꝛos. GREGO. xxiiij. moꝛa. Appropinquãte ẽt morte nostrementis in se certamẽ expressit: qui viz quãdã terroris ac fortmidis patimur: cũ p solutionẽ carnis eterno iudicio ꝓpinquam? nec ĩmerito: qñ aĩa post pusillũ hoc ĩuenit qđ in eternum mutare nõ possit. THEOPHI. Oꝛ autem humane nature foret ꝓmissa oratio.non autẽ diuine: vt dicunt arriani: patet ẽt ex eo quod subdit. Sequitur.n.Et factus est su.ei sicut gutte sang. decurrẽtis in terram. BEDA. Nemo sudoꝛẽ hũc ifirmitati deputet: qz ɔ nãz ẽ sudare sanguinẽ:sz potiꝰ itelligat p B nobis declaratũ q effectũ iã sue ꝓcis obtineret: vt.s.fidẽ discipuloꝛ quã terrena adhuc fragilitas arguebat: suo sanguie purgaret. AVGV. in sentẽ. ꝓsperi. Orans ẽt cuz sudoꝛe sanguineo dñs significabat de coꝛpe suo toto qđ ẽ eccl̃ia manatura martyria. THEOPHI. Vel hoc prouerbialiter dicitur de eo qui vehemẽter sudauit: q̃ sudauit sanguinẽ. Volens igit̃ euãgelista in tuere q̃ grossis sudoꝛ guttis madebat: sumit guttas sanguinis ad exẽplũ. Post hoc aũt ĩueniẽs discipulos dormiẽtes pre tristicia ĩproperat eis: simul admonens vt oꝛarent. Segtur enĩ: Et cũ surrexisset ab orati. z venis. ad disci. suos ĩuenit eos dormiẽtes pre tristicia. CHRY. Erat enĩ ĩtẽpestũ noctis: z discipuloꝛ oculi pre angustia ꝓmebantur: z erat somnꝰ non toꝛporis: sed meroꝛis. AVGV. de ꝓsen. euange. Non autem expressit hic lucas quota oratiõe dñs ad discipulos venerit: nihil tamen hoc matthęo z marco repugnauit. BEDA. Demonstrat autem dominus consequẽter: qz pro discipulis oꝛauerit: quos monet oꝛationuz suarum vigilando: z oꝛando existere participes. Sequitur enim. Et ait illis. Quid dormitis surgite z oꝛate ne intretis in tentationem. THEOPHI. Hoc est ne a tentatione superentur. Hoc enim est non induci in tentationem: non demergi ab ea. Uel simpliciter nos iubet oꝛare: vt tranquilla sit nostra vita nec ĩmergamur in aliquod molestoꝛum. Diabolicum enim est z superbum quẽq̃ se in tentationem precipitare. vnde z iacobꝰ nõ dixit. Inycite vos in tentationes: sed cum incideritis: omne gaudium existimate: deĩuito voluntarium facientes.

¶ Adhuc eo loquente: ecce turba: z qui vocabatur iudas vnus de duodecim antecedebat eos: z appropiquauit iesu: vt oscularetur eũ. Jesus aũt dixit illi: Juda osculo filiũ hominis tradis? Uidentes aũt hi qui circa ipsum erant quod futurum erat: dixerũt ei. Domine: si percutim? in gladio? Et percussit vnꝰ ex illis seruũ principis sacerdotũ: z amputauit auriculam eiꝰ dextraz. Respondens aũt iesus ait. Sinite vsqz huc. Et cũ tetigisset auriculam eiꝰ sanauit eũ. Dixit aũt iesus ad eos: q̃ venerant ad se principes sacerdotũ z magistratꝰ tẽpli z seniores: Quasi ad latronem existis cũ gladijs z fustibꝰ. Cũ quotidie vobiscũ fuerim in tẽplo nõ extendistis manꝰ in me. Sed hec est hora vestra z potestas tenebrarũ.

GLO. Premissa oratione christi: subycitur de eius proditione: qua a discipulo prodit. Dicitur enim. Adhuc eo loquente ecce turba z qui vocabat iudas vnus de duodeciz antecedebat eos. CYRYL. Dicit autem qui vocabatur iudas: quasi nomẽ eius habens exoꝛsum: addit autez vnus de. xy. ad significantiã nequitie proditoꝛis: Nã qui bonoratus fuerat eque apostolis: factꝰ est occasionis causa in xpm.

CHRY. Sicut enĩ insanabilia vulnez nec austeris medicamẽtis obediũt nec demulcẽtibꝰ: sic aĩa vbi semel ẽ captiuata: z si ipsam vederit cruciq̃ peccato: nullũ emolumẽtum ex admonitionibus cõsequet̃: quod z iude accidit a proditione nõ cessanti: cuius oĩ modo doctrine esset a xpo cohibitus. vnde segtur: Et appropinquauit iesu vt oscularetur eum. CYRIL. Immemoꝛ enim glorie xpi: putauit foꝛtan posse latẽter agere: ausus precipuũ dilectionis signum oꝛganũ efficere doli. CHRY. Non aũt discedẽdum ẽ a fratrum admonitione: quanq̃ nihil propter nostra verba eueniat: nam z riuuli z si nullus hauriat fluunt: z si forsan non persuaseris hodie: poteris forsan cras. Piscatoꝛ enim per totam diez: vacua trahens rhetia circa sero piscem capit. vnde dominus: z si sciret iudaz non conuertendum: nõ destitit facere: que sua intererat. Sequitur eniz: Jesus aũt dixit ei. Juda oscula filiuz homi. tradis? AMBRO. Per interrogationem pronunciandũ puto: quasi amantis affectu coꝛripiat pditoꝛẽ. CHRY. Propriũ aũt nomẽ ponit qđ magis volentis erat z reuocãtis: q̃ prouocati ad iram.

AMBRO. Dicit ãt. Oscula tradis? hoc ẽ amoꝛis pigno-

re vulnus infligis: ⁊ pacis ĩstrumẽto mortẽ irrogas: Ser uus dñi: discipulus ꝑdis magistrum: electus auctorem.

CHRY. Non ãt dicit: Tradis magistrũ tuum: dñm tuũ benefactorẽ: sz Filiũ ho. Hoc est mansuetũ ⁊ mitez: q si nõ esset magister ⁊ dñs: qz tñ tam suauiter erga te gessit: nõ es set a te ꝓdendus. AMBRO. Magna o dñe significatio potestatis: magna disciplina virtutis: ⁊ ꝓfiliũ ꝓditiõis aperitur ⁊ adhuc patiẽtia non negat. Ostẽdit deus quez ꝑderet: dñi occulta manifestat. oñdit quẽ traderet: dux dicit: Filiũ hois: qz caro ñ diuinitas cõprehendit. Illud tñ plus ꝯfutat ingratũ q eũ tradiderit: q cũ esset dei filiꝰ. pp nos filius hois esse voluisset. q. d. pp te suscepi ingrate qõ tradis hypocrita. AVGV. Hoc g̃ dñs cũ traderet primo dixit qõ ait lucas: Juda osculo fi. ho. tra. Deinde qõ mattheus: Amice ad qd venisti: Deinde id qõ ioãnes commemorat. Quẽ queritis: AMBRO. Osculatus est ãt eum dñs non quo simulare nos doceat: sz vt neq; ꝓditorẽ refugere videret: ⁊ plus afficeret ꝓditorẽ cui amoris officia nõ negaret. THEOPHI. Zelãt ãt discipuli ⁊ gladios euaginãt. vñ segtur. Uidentes ãt hi q circa ipz erãt qõ futum erat: dixerunt ei: Dñe si pcutimus in gladio. Sz q̃liter hñt gladios: qz mactauerant agnũ: ⁊ a mẽsa discesserãt. Aly ãt discipuli q̃runt an pcuterent: sz petrus vbiq; feruens ꝑ dño p/suasionẽ non expectat sz pcutit seruũ pontificis. vñ segtur Et pcussit vnus ex illis ser. prin. sacer. ⁊ amputa. auricu. eiꝰ dexterã. AVGV. de con. euan. Qui pcussit fm ioannez petrus erat: quẽ ãt pcussit malchus vocabat. AMBRO. Eruditus. n. in lege petrꝰ prõptus affectu: q sciret phinees reputatũ ad iustitiã q sacrilegos peremisset: pcussit principis seruũ. AVGV. de cõ. euã. Deide lucas dicit: Respõdens ãt ihesus ait. Sinite vsq; huc. Et hoc est qõ mattheus cõmemorat: Conuerte gladiũ tuũ in locum suum. Nec moue at q̃si ꝯrariuz sit: qõ lucas hic dicit dominum respondisse: Sinite vsq; huc. q̃si post istã pcussionẽ ita dictũ fuerit: vt placuerit ei vsq; huc factũ: sz ãpliꝰ fieri noluerit: cũ ĩ vbis q̃ matthe⁹ posuit: itelligat̃ potiꝰ totũ factũ quo vsus ẽ gladio petrꝰ dño displicuisse. Illud enĩ vez ẽ: q cũ iterrogasset dicẽtes. Dñe: si pcutim⁹ ĩ gladio: tũc respõdit: Sinite vsq; huc. i. nõ vos moueat qõ futum ẽ: pmittẽdi sũt hucusq; ꝓgredi hoc ẽ vt me appẽdãt ⁊ inpleant̃ q̃ de me scripta sũt. Nõ. n. diceret. Ridens ãt ihesus: nisi ad interrogationẽ eoꝝ rñderet: nõ facto petri. Sed inter mozas verborũ interrogantiũ dñi: ⁊ illius respondẽtis: Petrus auiditate defensionis pcussit. Sed nõ potuit simul dici q̃ simul fieri potuerũt. tũc sicut dic̃ lucas sanauit eũ: q pcussus erat Segtur. n. ⁊ cũ tetigisset auriculã eiꝰ sanauit eũ. BEDA. Nũq; enĩ pietatis sue dñs obliuiscit. Illi iusto mortẽ inferũt: iste psequẽtiũ vulnera sanat. AMBRO. Sed cum dñs vulnere cruẽtum deterſit: mysteria diuina subiecit: vt seruus p̃ncipis mũdi nõ nature ꝯditione: sz culpe auris vnus excipet: qui nõ audisset vba sapiẽtie. Aut si petrus volens pcussit aurẽ: docuit q aurẽ in spez habere nõ deberet: quã in mysterio nõ haberet. Sed q̃re petrus: qz ipse ligãdi ⁊ soluẽdi adeptus est ptãtẽ. ⁊ iõ tollit gladio spiritali aurez interiorẽ male itelligẽtis. Sz dñs ipse refundit auditũ demonstrans ⁊ ipsos si cõuertant̃ posse saluari qui in passiõe dñi vulnerati sunt: eo q oẽ peccatũ fidei mysterys abluat.

BEDA. Uel seruus iste populus est iudeoꝝ: ꝓncipibus sacerdotũ idebito mancipatꝰ officio: qui in passione domini dexterã auriculã. i. spiritalẽ legis intelligẽtiã perdidit: q sez auris: Petri gladio decidit: non qõ ille sensum itelligẽdi audientibꝰ tollat: sed diuino ablatũ iudicio negligẽtibꝰ pandat. Uerum eadem dextera auris in his qui in eodem populo crediderunt diuina dignatione pristino est restituta officio. Sequitur: Dixit autem ihesus ad eos q venerant ad se principes sacerdotũ ⁊ magistratus templi ⁊ seniores Quasi ad latronẽ existis cum gladys ⁊ fustibꝰ. CHRY. Accesserãt. n. nocte timẽtes multitudis ipetũ ⁊ iõ dicit: qd vobis opus erat his armis in eũ q vobiscũ est semp: ⁊ hoc ẽ qõ segtur: Cũ quotidie vobiscũ fuerĩ in tẽplo nõ extẽdistis manꝰ in me. CYRIL. Ubi nõ iculpat dñs ꝓfides iudeoꝝ q nõ sibi mature parauerãt ĩsidias mortis: sz arguit eos q temere opinabant̃ eũ se ĩuasisse ipso iunto: ac si dicat: Tunc nõ cepistis me qz nolebã: sz nec nũc possetis: nisi me sponte vestris subyceremanibꝰ. vñ segtur: Sed hec est hora vra. idest paruũ tẽpus cõcessum est vobis exercende in me vestre superbie patre votis meis fauente. Dicit etiam: q hec potestas est tenebris data. i. diabolo: ⁊ iudeis insurgendi in chꝛistum. Et hoc est quod subditur. Et potestas tenebraꝝ.

BEDA. q. d. Ideo aduersum me in tenebris cõgregamini: qz ptãs vestra qua sic contra lucem mundi armamini in tenebris est. Queritur aũt quomodo ihesus p̃ncipes sacerdotum: magistratus templi: ⁊ seniores qui ad se venerunt alloqui dicatur: cum apud alios euangelistas non ipsos venisse: verũ in atrio cayphe expectãtes ministros mississe ꝓhibeantur. Sed huic contrarietati rñdetur: q illi non per seipsos: sed per eos quos miserunt ad apprehendendũ ꝑs in sue iussionis potestatem venerunt.

¶ Cõprehẽdentes aũt eũ: duxerũt ad domũ pricipis sacerdotũ: petrꝰ vero seqbat̃ eũ a lõge. Accẽso ãt igne ĩ medio atrij: ⁊ circũsedẽtibꝰ illis: erat petrꝰ in medio eoꝝ. Quẽ cũ vidisset ancilla qdã sedẽtẽ ad lumẽ: ⁊ eũ fuisset intuita: dixit. Et hic cũ illo erat. At ille negauit eũ dicẽs. Mulier nõ noui illũ: Et post pusillũ aliꝰ vidẽs eum dixit. Et tu de illis es. Petrꝰ vero ait: O hõ nõ sum. Et cessantibus ãt fere vnaꝰ: aliꝰ qdẽ affirmabat dicẽs. Uere ⁊ hic cũ illo erat: nã ⁊ galileꝰ ẽ. Et ait petrus: O hõ nescio qd dicis. Et cõtinuo adhuc illo loquẽte cãtauit gallus. Et conuersus dñs respexit petrum. Et recordatus est petrus verbi dñi: quod dixerat: qz priusq̃ gallus cãteret me negabis. Et egressus foras petrꝰ fleuit amare.

AMBRO. Nõ intellexerũt infelices mysteriũ: nec venerati sunt tam clementẽ pietatis affectũ q ẽt hostes suos nõ passus est vulnerari. Dicitur enĩ: Cõprehendẽtes aũt eum duxerunt ad domũ ꝓncipis sacerdotum. Cum legimus teneri ihesum: caueamus ne putemus eum teneri fm diuinitatem: ⁊ inuitum quasi ifirmũ. tenet̃ enĩ ⁊ ligat̃ fm corporis veritatẽ. BEDA. Princeps aũt sacerdotũ cayphas significat: q fm ioannẽ erat põtifex anni illius. AVGV. de cõ. euan. Sed primo ad annã ductus est socerũ cayphe, sicut Joannes dicit q̃ ad cayphã: vt mattheꝰ dicit. Quacus aũt ⁊ lucas nomẽ non dicũt pontificis. CHRY. Jo aũt ducitur ad domũ pontificis: vt de consensu ꝓncipis sacerdotum singula queq; facerent. illuc enim omnes conuenerant chꝛistum prestolantes: magnus autem feruor petri ostenditur qui non aufugit: cum alios fugientes vidisset. Sequitur enim. Petrus vero sequebatur eum a longe.

AMBRO. Bene a longe sequebatur: iam proximus negatur: neq; enim negare potuisset si chꝛisto proximus adhesisset. Sed in hoc fit reuerendus q dominum non reliquit: etiã cũ timeret metus nature est cura pietatis. BEDA. Qz autem ad passionem euntez dominum a longe sequit petrus: significat ecclesiam secuturam q est imitatura passionem domini: sed longe differenter. ecclesia. n. pro se patit̃: at ille p ecclesia. AMBRO. Jã aũt in domo ꝓncipis sacerdotũ ignis ardebat. vnde segtur. Accẽso ãt igne in

ne.atry ꝛ circũ.il.erat pe.in me.coꝛ. Adeſſit petrus vt ca
lefaceret ſe:qꝛ clauſo dño caloꝛ mẽtis iã in co refrigerat.
CHRY. Tradite.n.erant petro claues regni celoꝝ: cre
denda erat ei ppłoꝝ innumera multitudo:que eſſet inuo
lutapeccatis. Erat aũt petrus paulo durioꝛ:ſicut truncata
rus principis ſacerdotũ declarat auricula. Dic igiť tã du
rus tanꝯ ſeuerus:ſi donũ non peccandi fuiſſet adeptus: q̃
venia cõmiſſis populis donaretur: quẽ diuina prouidẽtia
permiſit:q̃ primo ipſe labereť in peccatũ:quo erga peccan
tes durioꝛẽ ſententiã proprij caſus intuitu tẽperaret. ꝛ cuꝯ
ſe calefacere vellet ad ꝓximas:acceſſit ad eũ puella de qua
ſequitur:Quem cũ vidiſſet ancilla q̃daꝯ ſedentẽ ad lumen: ꝛ
eum fuiſſet intuita dixit:Et hic cuꝯ illo erat. AMBRO.
Quid ſibi vult q̃ primo eũ prodit ancilla:cũ viri vtiqꝯ ma
gis potuerit eũ recognoſcere:niſi vt iſte ſexus peccare ĩ ne
ce dñi videreť: vt ꝛ iſte ſexus redimereť p dñi paſſionem.
Petrus aũt proditus negat.malo.n.negaſſe petrum q̃ dñꝯ
fefelliſſe.vnde ſequitur. At il.nega.di. Mulier non noui il
lum. CHRY. Quid ais o petre: Vox tua repente muta
ta eſt:os enim plenum fidei ꝛ amoꝛis:in odium perfidiãqꝯ
conuerſum eſt:nõ tibi flagella:nondũ ſunt admota tormẽ
ta:qui te interrogat:nullus eſt coꝝ q̃ auctoꝛitate ſui poſſit
foꝛmidinẽ incutere ꝓfitenti.mulier te ſimplici voce iterro
gat:ꝛ forte nec prodituꝛa ꝓfeſſum: nec tñ mulier ſꝯ puella
oſtiaria:vile mancipiũ. AMBRO. Sꝯ ideo negauit pe
trus qꝛ promiſit incaute:non negat in monte: non in tẽplo
non in ſua domo:ſed in pretoꝛio iudeoꝛum. Ibi negat:vbi
ieſus ligatus eſt:vbi veritas non eſt. Negans autem dicit:
Non noui illũ.temerariũ ꝗppe erat:vt diceret qꝛ nouerat
eũ:quẽ mens humana non põt ꝓprehendere: nemo.n.no
uit filiũ niſi pater. Rurſuꝯ ſecũda vice negat x̃pm. Sequi
tur.n. Et poſt puſillũ alius videṡ eũ dixit. Et tu de illis es.
AVGV. de cõcoꝛ.euange. Intelligiť aũt q̃ in hac ſecũ
da negatione a duobus eſt cõpellatus:ab ancilla.ſ. quã cõ
memoꝛant mattheus ꝛ marcus:ꝛ ab alio quẽ cõmemoꝛat
lucas. Hoc ergo qõ hic lucas dicit:ꝛ poſt puſillũ:iam egreſ
ſus erat ianuã petrus ꝛ primũ gallus cantauerat vt marc⁹
dicit. Iam redierat:vt quemadmodũ dicit ioannes: ad fo
cũ ſtãs iteꝝ negaret: De qua negatione ſequiť. Petrus ve
ro ait o homo nõ ſum. AMBRO. Noluit enĩ ſe negare:
q̃ chriſtus. aut qꝛ videbať negare chriſti ſocietatẽ: vtiqꝯ ſe
negauit. BEDA. In hac aũt negatione petri dicimus nõ
ſolũ ab eo negari chriſtum qui dicit euꝯ non eſſe chriſtum.
ſed ab illo ẽt q̃ cũ ſit negat ſe eſſe chriſtianũ. AMBRO.
Tertio quoqꝯ interrogat. Segť enĩ: Et inter.fa.q̃.ho. vnius
ali⁹ q̃.affir.di. Vere ꝛ hic cũ illo erat. AVGV. de cõcoꝛ.
euan. Nõ matthe⁹ ꝛ marcus dicũt poſt puſillũ:q̃tũ eẽt hoc
tẽporis manifeſtat hic lucas dicẽdo: Et iteruallo facto q̃ſi
horę vnius. de hoc autem interuallo tacet ioannes. Item
quod mattheus ꝛ marcus non ſingulari ſed plurali nume
ro enunciant eos qui cum petro agebant:cum lucas ꝛ ioan
nes vnum dicant facile eſt intelligere:aut pluralem nume
rum pro ſingulari vſitata locutione vſurpaſſe mattheum
ꝛ marcum:aut q̃ vnus maxime tanq̃ qui eum viderat af
firmabat:ceteri autem ſecuti eius fidem petrum ſimul vt
gebant. Iam vero illud quod mattheus ipſi petro dictum
aſſeuerat. Nonne te vidi in oꝛto: Marcus autem ꝛ lucas
inter ſe illos de petro locutos: aut ſententiam intelligim⁹
tenuiſſe eos:qui compellatum dicunt petrum.tantum enĩ
valet quod de illo coꝝam illo dicebatur:q̃tum ſi illi dicere
tur:aut vtroqꝯ mõ dictũ:ꝛ alios hunc:alios illum modum
cõmemoraſſe. BEDA. Subdit autem. Nam ꝛ gali.ẽ. nõ
q̃ alia ligua galilei:atq̃ alia loquerẽtur hieroſolymite:qui
vtriq̃ fuerunt hebꝛei: ſed q̃ vnaquęq̃ prouincia ꝛ regio
ſuas habendo proprietates: vſitatum loquẽdi ſonũ vitare
non poſſit. Sequitur. ꝛ ait pe. o homo neſcio quid dicis.

AMBRO. Hoc ẽ ſacrilegia vra neſcio: ſꝯ nos excuſam⁹
ipſe nõ excuſauit. Nõ.n.ſatis eſt inuoluta rñſio ꝓfitẽtis ieſuꝯ
ſed apta cõfeſſio. ꝛ iõ petrus nõ de iduſtria rñdiſſe ſic ĩducĩ
tur:qꝛ poſtea recoꝛdat⁹ eſt ꝛ tñ fleuit. BEDA. Solet aũt
ſacra ſcriptura ſepe meritũ cauſarũ per meritũ deſignare
tẽpoꝛũ. vnde petrus qui media nocte peccauit:ad gallican
tum penituit. Segtur.n. Et conti.il. adhuc lo.gal.cãtauit.
qõ in tenebꝛis obliuionis errauit:vere lucis rememoꝛatio
ne coꝛꝛexit. AVGV. de concoꝛ.euan. Halli aũt cantum
poſt trinã negationẽ petri intelligimus:ſicut marcus exꝑſ
ſit. BEDA. Hunc gallum myſtice opinoꝛ aliquẽ doctoꝝ
intelligendũ:qui iactantes ꝛ ſomnolentos increpat dicẽs:
Euigilate iuſti:ꝛ nolite peccare. CHRY. Admirare autẽ
curam magiſtri:quia cum vinctus eẽt multa vtebatur pro
uiſione erga diſcipulum quẽ nutu erigens ad lachꝛymas
prouocauit. Segtur enĩ. Et ꝓuerſus domin⁹ reſpexit petrũ
AVGV. de cõſen.euan. Quod quomodo accipiendum
ſit diligentius conſiderandum eſt. Dicit enim mattheus.
Petrus enĩ ſedebat foꝛis in atrio.quod non diceret: niſi il
la cuꝯ domino intus agerentur. Similiter ꝛ in eo qõ dixit
marcus. Et cum eſſet petrus in atrio deoꝛſum:oſtendit nõ
ſolum in interioꝛibus:ſed etiam in ſuperioꝛib⁹ geſta que di
xerat. Quomodo ergo reſpexit dominus petrum facie coꝛ
porali: Quapropter mihi videtur illa reſpectio diuinit⁹ fa
cta. Et ſicut dictum eſt: Reſpice ꝛ exaudi me: ꝛ conuertere
domine ꝛ libera animam meam:ita dictũ arbitroꝛ: Cõuer
ſus dominus reſpexit petrum. BEDA. Reſpicere nãqꝯ
eius miſereri eſt:qꝛ non ſolum cum agitur penitentia:verũ
ẽt vt agať dei miſericoꝛdia neceſſaria eſt. AMBRO. De
niqꝯ quos ieſus reſpicit: plorant delictum.vñ ſegtur. Et re
coꝛdatus eſt petr⁹ verbi dñi q̃ dixerat. Quia ꝑus q̃ gallus
cãtet:ter me negabis. Et egreſſus foras petrus fleuit ama
re. Quare fleuit:qꝛ errauit vt hõ:lachꝛimas eius lego:ſatiſ
factionẽ nõ lego. Lauent lachꝛyme delictum:qõ voce pu
doꝛ eſt cõfiteri. Negauit prio ꝛ ſecũdo ꝛ nõ fleuit:qꝛ adhuc
nõ reſpexerat dñs. Negauit tertio reſpexit eũ ieſus:ꝛ ama
riſſime fleuit:ꝛ tu ſi veniã vis mereri dilue lachꝛymis cul
pam tuã. CHRY. Non aũt audebat petrus palaꝯ flere:
ne a lachꝛymis deprehenderetur:ſed foras exiens lachꝛy
mabatur. Flebat aũt non propter penam:ſed qꝛ dilectum
negauerat:quod moleſtius erat ei quolibet ſupplicio.

¶ Et viri q̃ tenebant illũ: illudebant ei cedẽtes:
Et velauerũt eum: ꝛ percutiebant faciem ei⁹: Et
interrogauerũt eũ dicẽtes. Prophetiza: Quis
eſt qui te percuſſit: Et alia multa blaſphemantes
dicebant in eũ. Et vt factus eſt dies: cõgregatũ ſunt
ſeniores plebis ꝛ principes ſacerdotũ ꝛ ſcribe:
ꝛ duxerũt illũ in concilium ſuuꝯ dicentes. Si tu
es chriſtus:dic nobis. Et ait illis. Si vobis di
xero nõ creditis mihi:ſi aũt ꝛ interrogauero nõ rñ
debitis mihi:neqꝯ dimittetis. Et hoc autẽꝯ erit
filius hois ſedẽs a dextris virtutis dei. Dixerũt
aũt oẽs. Tu ergo es filius dei: Qui ait: Vos di
citis qꝛ ego ſum. At illi dixerũt: Quid adhuc de
ſideram⁹ teſtimoniũ. Ipſi.n. audiuim⁹ ỏ ore ei⁹.

AVGV. De con.euange. De petri tentatione:que inter
dñi contumelias facta eſt:non eodem ordine oẽs narrant.
Nã illas prio cõmemoraꝛ matthe⁹ ꝛ marcus: deĩde petri
tẽtationẽ Lucas vo explicauit prius tentationẽ petri: deĩ
de dñi cõtumelias dicens:et vi.qui tene.eum illude.ei ce
dentes. CHRY. Celi ꝛ terre domin⁹ ceſus ſuſtinet:ꝛ pa
titur impioꝛum ridicula:formam nobis patientię prebẽs.

THEO. Necnō dñs pphetaꝝ vt pseudo pphā deludīt. Seqt. Et vela. eū ꝛ pcu. fa. ei⁹ ꝛ iter. eū di. Prophe. no. qs ē q te pcussit. BEDA. Hec q̄si ī ꝓtumeliā faciebāt ei⁹ q se a populis pphaꝝ voluit haberi. Sz tūc q cesus ē colaphis iudeoꝝ: cedīt ēt nūc blasphemys falsoꝝ xpianoꝝ. Uela/uerūt āt eū: nō vt eoꝝ ille scelera nō videat: sz vt a se ipi facie ei⁹ absc̄dāt. Peretici aūt ꝛ iudei: ꝛ mali catolici eū re/probis actib⁹ exacerbātes: q̄si ei illudētes dicūt: Quis ē q te pcussit: Dū ab illo suas cogitatiōes ꝛ opa tenebraꝝ co/gnosci nō estimāt. AVGV. de cō. cuā. Hec aūt ītelligīt passus dñs vsq; mane ī domo p̄ncipis sacerdotū: quo p̄ius adduct⁹ ē: vñ seqt. Et vt fa. ē dies ꝓuc. seni. ple. ꝛ p̄n. sacer. ꝛ scri. ꝛ duxe. eū ī ꝓsi. su. di. Si tu es xp̄s dic nobis. BEDA. Nō veritatē desiderabāt: sz calūniā p̄parabāt. Sigdē xp̄z hoiez tm̄m̄o de stirpe dauid vēturꝝ sperātes: hoc ab eo q̄re bāt: vt si diceret: Ego sū xp̄s: calūniarent q̄ sibi arroget re giā ptātē. THEO. Ipse vo sciebat eoꝝ p̄cordia q̄ q non crediderāt opib⁹: multomin⁹ ꝑmonib⁹ crederent. vñ seqt. Et ait illis: Si vob. dixe. nō cre. mihi. BEDA. Sepe. n. di xerat se xp̄m ee: puta cū dicebat: Ego ꝛ p̄ vnū sum⁹: ꝛ cete/ra talia: Si āt īterro. nō rñ. mi. neq; dimittetis. Interroga/uerat. n. eos qūo dicerēt xp̄z filiū ee dauid: cū dauid in sp̄ū dñz suū illū vocauerit: vez illi neq; dicēti credeř: neq; iter rogāti rñdere voluerūt: q̄ āt semē dauid calūniari q̄rebāt plus ē q̄ audiūt. Seqt. Ex ꝟ āt erit fi. ho. se. a dex. vir. dei.

THEO. q. d. Nō ē vobis de cetero tp̄s ꝑmonū ꝛ doctri/ne: sz deiceps iudicy tp̄s erit: cū videbitis me filiū hois se/dētē a dextris virtutis dei. CYRIL. Cū āt de deo sessio dř atq; thron⁹: regia ꝛ vniuersis p̄incipans dignitas desi gnař. Nō. n. putabamus tribunal quoddaꝝ positum ee cui credam⁹ inniti dñm oiuz: sz nec oio dextrū vel finistruz ee penes diuinā nām. ppriū. n. est corpoꝝ figura: ꝛ locus ꝛ ses sio. Qualiter aūt paris honozis: paris quoq; ꝓsessus fili⁹ vi debiť ee: si nō ē ꝑm nām fili⁹: nāle z ī se ꝓprietatē hīs p̄ris.

THEO. Dec igiť audientes timere debebāt: sz illi post hec vba magis īsaniūt. vñ seqt: Di. aūt oēs Tu g̃ es fi. dei: BEDA. q̄ se filiū dei dixerat: acceperūt ī eo q̄ ait. Erit fi. ho. se. ad dex. vir. dei. AMRO. Dominus autem ma/luit se regem ꝓbare q̄z dicere: vt cōdēnādi causam hře nō possint: q q̄ obiciunt hoc fatētur. Seqt: Qui ait: Uos di. q̄ ego sū. CYRIL. Doc aūt dicēte xpo: succensuit phari seoꝝ coborz vsurpans ignominie vocez. vñ sequitur. Et il. dixe. Quid adhuc desi. testi. ipsi enim audi. de oze eius.

THEOPHI. Ex quo patet q̄ iobedientes nulla ꝓmoda ferūt reuelatis sibi secretiozib⁹: sz maiozē penā acquirunt ꝓpter q̄ talia opoꝛtet eis esse occulte. CA. XXIII.

Et surgens oīs mltitudo eoꝝ duxe/rūt illū ad pilatū. Ceperūt aūt illum accusare dicētes. Hūc iuenim⁹ sub/uertētē gētē nostrā: ꝛ p̄hibētē tribu/ta dari cesari: ꝛ dicētē se xp̄z regē ee Pilat⁹ aūt interrogauit eū dicens: Tu es rex iu deoꝝ: At ille respōdens ait: Tu dicis. Ait aūt pi latus ad p̄incipes sacerdotū ꝛ turbas: Nihil ī/uenio cause in hoc homine. Et illi inualescebāt dicētes cōmouit populū docens per vniuersaz iudeam incipiens a galilea vsq; huc.

AVGV. de cō. cuā. Postq; ꝓpleuit lucas narrādo petri negationē: recapitulauit q̄ cū dño gesta sunt circa mane: cō memozās q̄dā q̄ alij tacuerūt: atq; ita ꝓtexuit narrationez: filia alys narrās cū dicit. Et sur. oīs mul. eo. duxe. il. ad pila tū. BEDA. Ut īpleret ꝑmo iesu quē ō sua morte p̄dixit: Tradeť gētib⁹. s. Romanis. nā pilat⁹ roman⁹ erat: eūq; ro/mani lu iudeā p̄fidē miserāt. AVGV. de cō. cuā. Dehde Apō pilatū gesta sic narrat. Ceperūt āt eū accusare dicētes: Dunc iue. subuer. gē. no. ꝛ p̄hi. tri. da. cesa. ꝛ di. se chr̄i. re. cē. Doc matthe⁹ ꝛ marc⁹ nō dixerūt cū tū dicerēt q̄ eū accusa/bāt: sz iste ēt īpa crimia q̄ falso obiecerūt apuit. THEO. Euidēter āt aduersāt vitati. Nō. n. dñs p̄hibuit dare cēsu. sz magis dare iussit. Qualiter āt ppl̄z subuertebat: an vt re/gnū aggrederet: sz ꝟ ē icredibile cūctis: q̄ volēte multitu/dine tota eū ī regē eligere sciēs fugit. BEDA. Duob⁹ aūt dño obiectis. s. q̄ tributa cesari dari ꝓhibuerit: ꝛ se xp̄m re/gē diceret: potuit fieri vt illō q̄ dñs ait. Reddite q̄ sūt cę/saris cesari: ēt pilatū audisse ꝓtigerit. Jōq; cāz hāc q̄si aprā iudeoꝝ mēdaciū puniēdēs solū q̄ nesciebat: de regni vbo īterrogādū putauit. Seqt. Pila. āt iter. eū di. Tu es rex iu deoꝝ. THEO. Nibi vī q̄ boc a xp̄o q̄sierit ꝓtritū obie/cti crimis subsanādo. q. d. Tu paup: humilis: nud⁹: cui nul/lus adiutor: accusaris de regni ābitiōe: ad q̄ op⁹ ē mltoꝝ adiutoꝝ ꝛ sūptuū. BEDA. Eodē āt vbo p̄fidi: quo ꝛ p̄ncy/pib⁹ sacerdotū rñdet: vt ꝓpa sniā cōdēnet. Seqt. Ait il. ni. ret eoꝝ calūnie: recurrūt ad clamoꝝ subsidia. Seqt: At il/li ait: Tu dicis. THEOHPHI. Illi āt cū nihil aliud fatue īua, dicētes: Cō. popu. do. p vni. iude. ici. a gali. vsq; huc. q. d. ꝓteruertit pplm nec ī vna pte tm̄ sz a galilea icepit: ꝛ hucu/q; puenit trāsiēs p iudeā: puto āt eos nō absq; cā meminiſ/se galilee: sz volētes īcutere timorē pilato. Galileı. n. scisma tici fuerūt: ꝛ noua tētates: q̄lis fuit iudas galile⁹: cui⁹ in actu bus apostoloꝝ fit mētio. BEDA. Dis aūt vbis nō illis: sz se accusant. Docuisse. n. populū ꝛ a p̄stini tp̄is ignauia vocā/do cōmouisse: taliq; actu totam terrā ꝓmissionis ptrāsi/se non criminis sed indicium est virtutis. AMBRO. Et cusatur aūt dñs ꝛ tacet: q̄ defensione non indiget. ambāt defendi: qui timent vinci. Nō ergo accusationē tacēdo cō firmat: sed despicit non refellendo. Quid ergo timeret: qui non ambit salutem: solus vim suā p̄odit: vt acquirat oīus.

¶ Pilat⁹ aūt audiens galileā iterrogauit si hō ga/lileus esset. Et vt cognouit q̄ de herodis ptāte eēt remisit eū ad herodē: q̄ ꝛ ipse hierosolymis erat illis diebus. Herodes aūt viso iesu gaudiſus est valde. Erat. n. cupiens ex mlto tpe videre eū eo q̄ audiret mlta de eo: ꝛ sperabat signum ali/qd videre ab eo fieri. Interrogabat āt eū mltis sermonibus. At ipse nihil illi rñdebat. Stabant aūt p̄incipes sacerdotū ꝛ scribe cōstanter accu/santes eū. Spreuit aūt illū herodes cuz exercitu suo: ꝛ illusit indutū veste alba: ꝛ remisit ad pi/latū. Et facti sunt amici herodes ꝛ pilatus in ip/sa die: nam antea inimici erant adinuicez.

BEDA. Pilatus de p̄missa accusatione nō interrogā/dū dñm ratus: sed ipsum magis nacta occasione cupit ab eo iudicādo liberū reddere: vñ dř. Pilat⁹ aūt audi. galileā interro. si hō gali. esset. Et ne cōtra cū q̄ insontē: ꝛ ꝓpter iuidiā traditū cognouerat: sniam dare cogeret: herodi eum misit audiēdū: vt ipse potius eū qui eius patrie tetracha ex/istebat: vel absolueret: vel puniret. Segtur. Et vt cogno. q̄ de hero. ptāte esset: remi. eū ad hero. q̄ ꝛ ipse hiero. erat illis diebus. THEOHPI. In hoc seqt legez romanam: que iubebat quēlibet a p̄incipe sue iurisdictionis cōdemnari.

GREGO. x. mo. Christi āt famā herodes explozare vo/luit: cū eius miracula videre concupiuit: t: Sequitur. Dero. aūt vi. ie. ga. ē val. Erat. n. cu. ex mul. tē. vi. illū. THEO. Non tanq̄ lucraturus q̄q̄ vtilitatis ex eius aspectu: sed patiens nouoꝝ cupidinē credebat videre quēdā extraneū hominē: de quo audierat q̄ sapiens ꝛ mirificus esset: vnde

sequit. Eo q audi. mul. de il. z spe. sig. ali. vi. ab eo fieri. Vo lebat et audire ab eo qd diceret: z iō interrogat eū q̄si deri fozie se dīs ad ipm z eū subsannās: Segtur: Interro. aūt il lū multis monib⁹. Jesus q cūcta rōne peregit: z q teste da bus hre silentiū. Sermo. n. platus ei cui nihil proficit: ode BRO. Tacuit z nihil fecit: qz nec illi⁹ credulitas mereba tur videre diuina. Et dīs iactantiā declīabat: z forte typi pheris: mirabilia xpi opera in euāgelio videre nō possunt. GREGO. xxv. mo. Hoc et audientes nos opz addiscere: vt quoties auditozes nostri nra volunt q̄si laudādo cogno scere ñ āt sua puersa mutare oīo taceamus: ne si oñtatiōis studio vbū dei logmur: z illoz q̄ erat culpa eē nō desinat: z nra q̄ non erat fiat. Multa āt sūt q̄ audientis animū pdunt: maxime si auditozes nri z sp laudāt qō audiūt: z nunq̄ qō laudāt sequunt. GREGO. xx. mo. Ingsit⁹ ergo redemptoz tacuit: expectat⁹ miracula adhibere ptemsit: seseqz apud se in occultis retinēs: eos quos exteriora qrere cōperit: ingra tos foris religd: magis eligēs apte a superbientibus despici: q̄z a nō credentib⁹ vacua voce laudari. vñ segtur. Sta. āt. prin. sacer. z scri. con. accu. euz: spze. āt il. hero. cū exer. suo: z illu. indu. veste alba z remi. ad pilatū. AMBRO. Nō ociosū q̄ veste alba induit ab herode: īmaculate tribues indicia passionis: q̄ agnus dei sine macula cū gloria mūdi peccata susciperet. THEOPHI. Tu tñ psidera q̄ p ea q̄ facit di abolus ipediē: ogerit derisiones z obprobria in xpm: ex qui bus declarat q̄ dīs seditiosus nō sit aliogn nō derideret plebe reddita suspecta: z nouitatibus gaudēte. Misso āt xpi a pilato ad herodē fit amicitie coīs exordiū q̄si pilato nō vsurpāte sibi subditos ditioni herodis. vñ subdit. Et fa. sunt ami. he. z pi. in ipsa die: nā ante ini. erant ad inuicē. At tende diabolū vbiq̄z oiūgentē disiūcta: vt xpi pagat necē. Erubescamus ergo nos: si cā nre salutis nec amicos in pzo prio federe pseruem⁹. AMBRO. In typo ēt herodis atq̄ pilati: q amici ex inimicis p Jesuz xpm facti sunt: z plebis israelis z ppli gētilis figura fuat: q p dīi passionē vtriusq̄z fit futura pcordia: ita tñ vt pus pplus nationum capiat dei verbū: z ad ppm iudeoz fidei sue deuotionē transmittat: vt illi quoq̄z gloria maiestatis sue corpus vestiant xpi qō ante desperāt. BEDA. Vel hoc herodis z pilati fed⁹ significat: qō gentiles z iudei genere z religione z mēte dis sidentes: in christianis persequendis consentiunt.

¶ Pilat⁹ aūt cōuocatis principib⁹ sacerdotuz z magistratib⁹ z plebe: dixit ad illos. Obtulistis mihi hūc hominem: quasi auertentem populū z ecce ego coram vobis interrogans nullaz cām inuenio in hoīe isto: ex his in qb⁹ euz accusatis. Sed neq̄z herodes. Nā remisi vos ad illū: z ecce nihil dignū morte actū ē ei. Emēdatū ergo il lū dimittā. Necesse aūt habebat dimittere eis p diē festū vnū. Exclamauit aūt simul vniuersa tur ba dicens. Tolle hūc: z dimitte nobis barrabā. Qui erat ppter seditionē quādā factā in ciuita te z homicidiū missus in carcerē. Iterū āt pilat⁹ locutus est ad eos: volens dimittere iesum. At illi succlamabāt dicētes. Crucifige: crucifige eū. Ille āt tertio dixit ad illos. Quid enim mali fecit iste? Nullā cām mortis inuenio in eo. Corripiā ergo illū: z dimittā. At illi instabāt vocib⁹ magnis postulātes vt crucifigeret: z inualescebāt voces eoz̄ū. Et pilat⁹ adiudicauit fieri petitionē eoz̄ū. Dimisit aūt illis eum qui propter homicidium z seditionem missus fuerat in carcerem quē petebant. Jesum vero tradidit voluntati eorum.

AVGV. De cō. euā. Rediēs lucas ad ea q̄ apud p̄sidez gerebāt. vñ digressus erat: vt narraret qō apō herodē actū ē ita dicit: Pilatus aūt cuo. pn. sacer. z ma. z ple. di. ad eos. obtu. mi. hūc ho. q̄si auer. po. z ec. ego co. vo. iter. nul. cau. i ue. in ho. isto ex his i q. eū accusatis. Hic itelligim⁹ eū pter misisse quēadmodū a dīo q̄sierit: qd accusatozib⁹ rīderet.

AMBRO. Dic pilatus xpm absoluit iudicio: crucifigit misterio. ad herodē mittit: ad pilatū remittit. vñ segt. Ex nz he. nā remisi vos ad illū: z ecce nihil dignū morte actuz est ei: Et si vterq̄z reū nō pnūciat: ob metū tñ aliene crude litatis studys pilat⁹ obsegt. THEOPHI. Duoz g̃ viro rū testimonio iesus īsons oñdit. iudei vo qz accusabāt nul lū testē obtulerūt: cui credere oporteret. Vide ergo qūo su peret vitas: Jesus tatet: z testāt inimici: proclamāt iudei: z nullus coz attestat clamozib⁹. BEDA. Pereāt ergo scri pta q̄ tāto p⁹tpe ptra xp̄z ppositā: nō illū apō pilatū magice artis accusatū: sz ponētes apud dīm pfidie z falsitatis ac cusandos eē demōstrāt. THEOPHI. Let⁹ ergo pilat⁹ nec satis apud veritatē seuer⁹: qz timebat accusatiōes: stib iūgit. Emēdatū g̃ illū dimittā. BEDA. q. d. Flagris illū z ludibrys quātū iubetis afficiā: dūmō inoxiuz sanguinem nō sitiatis. segt: Necesse āt habe. dimit. eis p di. festū vnū. Necesse hēbat nō iperialis legis sanctiōe: sz annua gētis cō suetudine deuict⁹: cui p talta gaudebat placere. THEO PHI. Romani enī iudeis pceserāt ꝺm leges z rit⁹ ꝑpos cōuersari. Mos aūt patri⁹ erat iudeis petere dānatos a pn cipe: sic a saule ionathan petiuerūt. vñ z ō eoz petitiōe nūc subdit: Excla. aūt si. vni. tur. di. Tolle hūc z dimit. no. bar. q erat pp sedi. quādā factaz in ciui. z homi. mis. in carcerem.

AMBRO. Nō imerito homicide absolutionē petūt: q flagitabāt īnocētis exitiū: tales leges hz inigtas: vt q oderit īnocētia: scelus diligat. In quo tñ nois interptatio spem dat figure: barrabas. n. p̄ris filī⁹ latine dr̄. Illi ergo quib⁹ dr̄: Vos ex p̄re diabolo estis: vero dei filio: patris sui filium id est antichristum prelaturi eē pdunt. BEDA. Veret aūt iudeis vsq̄z hodie sua petitio: qz. n. data sibi optione: pro ie su latronē: p saluatore īterfectorē elegerūt: merito salutez vitāq̄z pdiderūt: z latrocinys se ac seditionib⁹ intantū subie cerunt vt z p̄riam z regnū suū pdiderit. THEOPHI. Sic igit gens olī sancta fuerit ad ceddēū: pilat⁹ gētilis ce dē, phibet. Segtur. n. Iterq̄ aūt pila. locu. est ad il. vo. di. ie sum. At il. succla. di. Cru. cru. eū. BEDA. Pessimo. n. gene re mortis occidere innocētē: hoc ē crucifigere desiderant. Pdentes. n. in ligno crucifixi: clauis ad lignū pedib⁹ mani busq̄z cōfixis: pducta morte necabant: ne dolor citius fini retur. Vex a dīo electa erat moz̄s crucis quā diabolo supe rato: tanq̄z trophеum in frontibus fidelium erat posit⁹.

THEOPHI. Tertio autē pilatus xpm absoluit. Segtur enī. Ille aūt ter. dixit ad il. Quid enī mali fecit iste: nul. cau. moz. inue. in eo. Coz. g̃ il. z dimittā. BEDA. Hāc cor reptionē q̄ populo satisfaceret: ne vsq̄z ad crucifigēdū salua torē seuirēt: pilat⁹ q̄rebat: nō solū obtulisse: sed etiam deri dendo z flagellando exhibuisse: verba ioannis testantur. Quia vero totam accusationem quā aduersus dīm detu lerūt: sollicita pilati īterrogatiōe videbant euacuatā: tādē ad solas se preces puertūt. vnde sequit: At il. insta. vo. ma. postu. vt cru. z inua. vo. eoz̄ū. THEOPHI. Tertio cla māt cōtra xpm: vt per trinā hāc vocē: suā eē occisionez xpi approbēt: quā petēdo extorserūt. Sequitur enim. Et pila. adiu. fieri peti. eoz: dimi. aūt euz il. qui ppter homi. z sedi. mis. fue. in car. ie. ve. tradi. volun. eoz̄um. CHRY. Puta-

bant enim hoc se posse astruere q̄ iesus deteri⁹ esset latrone, & adeo neq̄: vt neq̄ pro pietate: neq̄ pro festi prerogatiua deberet liberari.

¶ Et cū ducerēt eū appḧēderūt simonē quēdaz cyrenēsem venientē de villa: & iposuerūt illi crucē portare post iesū. Sequebat aūt illū multa turba populi & mulierū: q̄ plāgebāt & lamētabant eū. Conuersus āt ad illas dixit iesus: Filie hierusalē nolite flere sup me: sz sup vosipsas flete & sup filios vestros. Quīm ecce venient dies ī q̄b⁹ dicēt: Beati steriles: & vētres q̄ nō genuerūt: & vbera que nō lactauerūt. Tunc incipient dicere mōtibus cadite sup nos: & collibus operite nos. Quia si in viridi ligno hec faciūt: in arido q̄d fiet? Ducebant aūt & alij duo neq̄ cū eo: vt interficerent.

GLO. Posita ordinatiōe christi: contigit agit de eius crucifixiōe cū dr. Et cū ducerēt eū appḧenderunt simonē quēdaz cyrenēsez venientē de villa: & iposuerūt ei crucē portare post iesū. AVGV. de con. euan. Joannes āt narrat q̄ iesus baiulabat sibi crucē. vñ itelligit q̄ ipse sibi portabat crucē cū exiret in eū q̄ dr calvarie locū: Simon āt ī itinere angariat⁹ ē: cui data ē portāda crux vsq̄ ad locū: nullus. n. alioz acceptabat crucē baiulare: eo q̄ lignū detestabile putabat: & iō simoni cyreneo q̄si ī quandā iacturā ipo fuerit crucē portaī quā alij recusabāt. Vic adipleī illd isaie: Cuius pncipat⁹ sup humez ei⁹. pncipatus. n. xpi ē crux ei⁹ pp quā fm apostolū de⁹ eū exaltauit. Et sicut ī signū dignitatis alij baltheū alij mitrā portāt: sic & dns crucē. Etsi ingras inuenies nō aliter ī nobis regnare iesuz: nisi p aspitates: quo fit vt delicioſi inīci sunt xpi crucis. AMBRO. Christus ergo crucē baiulās: iā tropheū suū victor attulit. crux sup humeros iponit: q: siue simō siue ipe portauerit: & xps in hoīe: & hō portauit in xpo. Nec discordant euangeliste sniē q̄ concordat mysteriū. Et bonus ordo nr̄i pfectus ē: vt pus crucis sue trophea ipse erigeret: deide martyrib⁹ traderet erigēdū. Nō iudeus ē q̄ crucē portat: sz alienigena atq̄ peregrinus: nec pcedit: sz sequitur: iuxta hoc q̄ scriptū est: Tollat crucē suaz & seq̄tur me. BEDA. Simon aūt obediens: cyrene beres interptatur. vnde p eū populi gentiuz designant: qui quondaz peregrini & hospites testōz: nunc obediendo facti sunt dei heredes. De villa aūt simon egrediens: crucē portat p⁹ iesuz: cū paganis ritib⁹ derelictis: vestigia dñice passionis obedienter amplectit. Villa. n. grece pagos vocat: a q̄ pagani nomē trahūt. THEOPHI. Ut ille tollit crucē xpi q̄ venit a villa. i. dimittit hūc mundū & opa ei⁹: in hierusalē. i. in supnā libertatē tēdens. Ex hoc ēt nō modicū sumit documētū. Qui. n. ad modum xpi magister est: debet ipse prius tollere crucē: & timore dei propriaz carnē cōfigere: & sic subditis & obedientib⁹ ea ponere. Segt aūt xpz ēt multitudo plebis & mulierū. nā subdit. Sequebat aūt illū multa turba populi & mulierū q̄ plangebāt & lamētabant eū. BEDA. Multa q̄dē turba crucez dñi: sz non vna cadēq̄ mēte seq̄bat. Nā populus q̄ ei⁹ morte ipetrauerat: vt morientem letus aspiceret: mulieres vero vt morituꝝ plorarent. Nō aūt iō solus mulieruz planctus sequebatur: q: nō ēt innumerus viroz cetus de eius erat passione mestissimus: sed q: femineus quasi contēptibilioz sexus liberius poterat q̄d senserat ostentare. CYRYL. Amās etiā lachrymaz est semp sexus femineus & mentem hūs flexibilē ad pietatē. THEOPHI. Per hoc ēt significabat q̄ multitudo magna iudeoz eēt post crucez itura credens in iesum. Sed & mens infirma que significatur p feminā: si sumpta cordis cōtritione per penitentiā fleat: segtur iesum ppter nostrā salutē afflictū. Flebāt igit mulieres p cōpassionē. Eū aūt qui vltro patit flere nō oz: sz magis ei applaudere: & iō eas flere vetat. Segt enī. Cōuersus aūt iesus ad illas dixit. Filie hierusalē: nolite flere sup me.

BEDA. Cui⁹. s. cita resurrectio mortē soluere pōt: cuius mors & oēm mortē & ipsuz mortis destructura ē auctoz. Notandū aūt cū filias hierusalē appellat: q̄ nō sole q̄ cum eo venerāt a galilea: sz & eiusdē vrbis ciues ei mulieres adheserūt. THEOPHI. Mādat de plorātib⁹ eū in futura mala pspectū intēdere: & sup illis flere. Segt. n. sup vosipsas flete & sup filios vestros. CYRIL. Significās in futuro mulieres liberis eē orbādas: nā irruēte bello in terra iudeoz cūcti simul pibū & magni & pui: vñ segt. Quia ecce venient dies in q̄b⁹ dicēt: beate steriles: & vētres q̄ nō genuerunt: & vbera q̄ nō lactauerūt. THEOPHI. Cū. n. feminе crudeliter suos assabūt filios & vēter q̄ pduxerat flebiliter: iterato recipiet genitū. BEDA. In quo die vēture a romanis obsidionis & captiuitatis tps significat de qbus supra dixerat. Ue pregnātib⁹ & nutrientib⁹ in illis dieb⁹. Naturale est aūt īminēte captiuitate hostili alta vel abdita q̄rere. vñ segtur: Tunc incipient mōtib⁹ dicere. Cadite sup nos. & collib⁹: operite nos. Refert enī iosephus insistentib⁹ sibi romanis: certatiz iuuenes cauernas montiū colliūq̄ petisse spelūcas. pōt etiā q̄ beatificandas dicit steriles de his itelligi q̄ vtrolibet sexu se castrauerunt ppter regnū celoz montib⁹ collibusq̄ dicit. cadite super nos: & operite nos: cū glibet sue fragilitatis memores ingruente tentationū articulo: sublimiū quozcunq̄ viroz quesierint exēplis monitis & precib⁹ defendi. Segtur. Quia si in vi. li. hec fa. in ari. q̄d fiet? GREGO. xxi. mo. De lignū viride: & nos lignū aridū dixit: q: ipse i se vim diuinitatis habuit: nos vero qui puri hoies sumus: lignum aridum appellamur. THEOPHI. quasi dicat iudeis: Si ergo in me lignū fructiferuz iugiter virens taliter seuierunt romani: q̄d non attētabunt erga vos: populuz oī co quasi lignū aridum priuatum qualibet viuificante virtute. nec vllum fructum ferentez. BEDA. Uel quasi oībus diceret. Si ego qui peccatum nō feci: lignū vite appellatus sine igne passionis a mundo non exeo: quid putas eis manere torméti qui sunt fructib⁹ vacui? THEOPHI. Malā aūt opinionem de domino inuere volens diabolus, etiā latrones faciebat crucifigi cum eo. vnde sequitur. Ducebant aūt & alij duo neq̄ cum eo vt interficerentur.

¶ Et postq̄ venerunt in locū qui vocatur calua rie: ibi crucifixerunt euz: & latrones: vnum a dextris: alterum a sinistris.

ATHANA. Ubi corruptū ē genus humanum: ibi xps propriū corpus exposuit: vt vbi semniata est corruptio: ibi dem incorruptio oriatur: pp q̄ in loco caluarie crucifigitur. Dicitur enī. Et postq̄ venerunt in locum q̄ vocat. cal. ibi cruci. eū. Que locum doctores iudeoruz aiunt esse sepulchrum ade. BEDA. Uel aliter: Solis portam loca erant in quibus trucidabant capita dānatoruꝝ: & calvarie. i. decollatoruꝝ sumpsere runt nomen. Et sic pro oīum salute quasi noxius: inter noxios crucifigitur: vt vbi abundauit peccatum superabūdet & gratia. CYRIL. Non aūt ipse vnigenitus dei filius in propria natura qua deus est: passus est: que sunt corporis: sz magis in natura terrena. Decet. n. vtrunq̄ de vno & eodem filio dici: scilicet & non pati diuine: & passum esse humanē. EVSE. Si autem aliter post cōuersationē cum hominibus euanescens subito cuolaret fugiens mortem ab hoīb⁹ cōparetur phantasmati: & queadmodum siquis incōbustibile quoddam nobis vas: & prevalens ignis nature vellet ostendere: flamme illud traderet: & cōsequenter a flamma illud illesum extraheret. Sic dei verbum volens osten-

dere instrumētum quo vsus est ad humanā salutē esse pre
ualens mozti :mozrale mozti exposuit ad ōmōstrandā eius
naturā:deinde post modicū a mozte illud eripuit in signuz
diuine virtutis:Et prima quidē cā mortis xpi hec ē.secūda
vero diuine ptātis oīsio : cozpus xpi inhabitantis.cū enim
antiquitus deificarent hoīes cōem exituz mortis:soztitos:
quos heroas ⁊ diuos noiabāt:docuit illū solū mozruū verū
deū eē fatēdū:quē bzauia victozie morte prostrata decozāt.
Tertia ratio ē victima pro toto genere hoīuz mactāda:qua
oblata tota ptās demonū peryt:⁊ erroz quilibet est sedatus
Est ⁊ alia cā salutifere mortis: vt discipuli oculata fide ꝓspi
cerēt resurrectiōez post mortē: ad quā ꝓpā spez erigere do
cebāt: vt mortē ptēnētes: agonē ꝑ errozes iniret alacriter.

CHRY. Nō aūt sui mortē ꝯ nō habebat:cū sit vita:sed
hoīuz vēit ꝓsūpturus saluatoz.vñ nō ꝓpa morte cozpus de
posuit:sed ab hoīb⁹ illatā sustinuit:sed ⁊ sī egrotauisset coz
pus ei⁹:⁊ ī ꝓspectu oīuz soluere ē:incōueniēs erat cū g sana
re alioz lāguozes:hēret ꝓpriū cozpus affectū lāguozib⁹: sed
ac deinde rursus se offerret nō crederetur ei de resurrectio
ne disserenti: oportet enī mortem resurrectionē ꝑcedere.
Cur ergo resurrectiōez palā qdē ꝑdicaret:clāculo vero mo
rerē:nimiz si latēter hec euenissēt qō excogitarēt hoīes ī
credulitatis calūnias:quo pateret xpi ī mortē victozia: nisi
cozā oīb⁹ eā patiēs ꝑ icozruptionē cozporis ꝓbass extictā:
Sed dices: decebat saltē gloziosā mortē sibi excogitare: vt
euitaret ignominiā crucis:sed ⁊ si hoc fecisset:suspectuz se
redidisset:quasi nō hīs virtutē contra quanlibet mortem.
Sicut ergo pugil ꝓsternēs illū quē hostes obtulerit:oñdit
excellentioz oībus : sic oīum vita ab hostibus illatam quā
putabāt eē dirā ⁊ infamē detestabilez mortē in cruce susce
pit:vt hac interēpta dominiū mortis totaliter destruat: ꝓ
qō nō caput ei amputat vt ioanni:neq; sectus ē vt isaias: vt
cozpus integz ⁊ indiuisibile mozti seruet: ⁊ nō fiat occasio
volētib⁹ ecclesiā diuidere. Volebat ēt subpozrare quaz in
curreram⁹ maledictionē: maledictā mortē. s.crucis susci
piēdo ꝓ illud. Maledict⁹ hō qui pēdet ī ligno. In cruce
ēt expāsis māib⁹ mozit:vt altera qdē māu veterē populū:
altera eos g sūt ex gētib⁹ trabat:vtroscz sibi cōiūgēs. Mo
riēs etiā in curce a dēonib⁹ expiat aerē ⁊ ascēsū nobis parat ī
celuz. THEO. Quia ēt p lignū moz intrauerat:necesse
erat vt per lignū exterminarē : ⁊ vt dns per ligni dolozes
iuicē⁹ trāsiens ꝓfutaret delectationem proueniētē ex ligno
GREGO.nisenus. Sed ⁊ figura crucis a medio cōtactu
in quattuoz extrema ptita: significat virtutē ⁊ prouidentiā
eius qui in ea pepēdit vbicz diffusā. AVGV.de q̄.no.⁊
ve.testamēti. Non frustra ēt tale genus mortis elegit:vt
latitudis:⁊ altitudis:⁊ lōgitudinis ⁊ ꝓfunditatis:ō quibus
apostolus logē magister existeret. Nā latitudo ē ī eo ligno:
qō trasuersū ōsiz figit:hoc ad bōa opa ptiet : qz ibi extēdūt
manus. Lōgitudo ī eo quod ab ipo ligno vsq; ad terrā con
spicuū ē. ibi.n.quodāmō statur.i.psistit ⁊ pseueratur quod
lōganimitati tribuit. Altitudo ē in ea ligni pte que ab illo
qō trāsuersū figit:sursū versus relingit:hoc ē ad caput cruci
fixi:qz bene sperātiū supna expectatio ē. Jaz vero illud ex
ligno qō fixū occultat:vnde totū illud exurget: ꝓfunditatē
significat gratuite gratie. CHRY. Duos etiā latrōes vtrī
q; crucifixerunt:vt eoz suspitionis fieret pticeps : vñ segit.
Et latro.vnū a dextris:ali.a sinistris:sz ñ ita euēit:nā de illis
nil dr. Huius āt crux vbicz honozat : reges diadēata ōpo
nētes assumūt crucē:in purpuris:ī diadematib⁹:in armis:ī
mēsa sacrata vbicz terrarū crux emicat:ñ talia sūt humāa.
Viuētib⁹.n.istis q egerūt strēnue arridēt ꝓpria gesta.his āt
peūtib⁹ peūt:sed ī xpo totū cōtrariū. Nā ante crucē oīa me
sta:vt aūt crucifixus ē:oīa clarioza facta sunt : vt noscas nō
purū hoiem esse crucifixū. BEDA. Duo aūt latrones cū
xpo crucifixi:significāt eos q sub fide xpi vel agone marty
ry vel ꝓtinētie artiozis instituta subeūt: sed q hec pro eter
na gloria faciunt dexteri latronis:qui autem humane lau
dis intuitu:sinistri latronis actus imitantur.

¶ Jesus aūt dicebat : Pater dimitte illis . Non
.n. sciūt qd faciūt. Dividētes vero vestimēta ei⁹
miserūt sortes: ⁊ stabat populus expectās: ⁊ dēri
debāt cū principes cū eis dicentes. Alios saluos
fecit:seipsuz saluū faciat:si hic est xps dei elect⁹.
Illudebāt āt ei: ⁊ milites accedētes: ⁊ acetū offe
rētes ei dicētes. Si tu es rex iudeoz saluū te fac.

CHRY. Quia dns dixerat . Orate pro persequentibus
vos:hoc ēt crucē ascēdens fecit.vñ sequitur: Jesus autē di.
Pr̄ di.illis. Nō qz nō posset ipse relaxare:sed vt nos pro per
sequentibus orare doceret:nō solum verbo:sed ⁊ opere. Di
cit autē:dimitte eis:si penituerint. Sanct.n.penitentibus si
vellēt post tantā nequiciā reatus p fidē dilue re. BEDA.
Neq; putādū est hic eū frustra orasse:sed in eis q post eius
passionē crēdiderunt:qō orabat impetrasse. Notandū sane
q̄ non pro eis orauit qui filium dei intellexerunt crucifige
re:nec confiteri voluerunt:sed pro eis q nesciebant quid fa
cerēt:çelū dei hītes:sed nō ꝛz sciam.vñ subdit: Nō.n.sciūt
qd faciūt. GRECVS. Permanētes vo post crucē ī ifide
litate nullus per ignorantiaz iuuari putabit dignis miracu
lis sonora voce eū ꝑdicantib⁹ eē deū. AMBRO. Refert
q̄ cōsiderare q̄lis crucē ascēdat:nōdū.n.video:talis q̄ ascen
dat:q sclīm vincere parat:vt scīs adiumēta nō q̄rat: victus ē
aūt adā q vestimēta q̄siuit:vicit ille q tegumēta deposuit:⁊
talis ascēdit:quales nos auctoze deo natura formauit:talis
in paradiso primus hō habitauerat:talis in paradiso homo
secundus intrauit:Pulchze autē ascēsurus crucem regalia
vestimenta deposuit:vt scias quasi hoiem passium esse:non
quasi deū regē:sī vtrūq; xps. ATHANA. Qui ēt cun
ctas conditiones nostras cā nr̄i susce pit: induit vestimēta
nostra signa mortificationis ade:vt exuat illa ⁊ hozū vice
induit nos vitam ⁊ incozruptionem . Sequit: Dividentes
vero vestimēta eius:miserūt sortes. THEO. Sozsitan.n.
plures eoz egebāt:vel forte magis ad obprobrium hoc fa
ciebant:⁊ ex quadā lasciuia:quid.n.preciosum inueniebant
in vestib⁹:. BEDA. In sorte aūt dr̄ gra dei ꝓmendata est:
qz cū sors mittit non psone cuiusq; vel meritis:sed occulto
dei iudicio cedit. AVGV. de cō.euā. Hoc qdē breuiter
dictū ē a tribus euangelistis. Joānes distinctius hoc expli
cat:quēadmodū hoc gestū sit. THEO. Beludētes igitur
hoc agebāt. Nā vbi principes subsannabāt qd dicere opoz
tet ō vulgo: Segtur.n. Et stabat populus qui.s.petierat eū
crucifigi. Spectans.s.finem. Et deridebant eū principes cū
eis. AVGV. de cōsen.euā. Qz ꝓncipes dixit nec addidit
Sacerdotū: oēs ꝓmates generali noīe complexus ē: vt ibi
possent itellige scribe ⁊ seniozes. BEDA. Qui ēt nolētes
ꝓfitent q̄ alios saluos fec. Segtur.n.dicētes . Alios saluos
fec:seipz saluū faciat.si hic ē xps dī elect⁹. ATHANA.
Dns aūt vere saluatoz nō saluādo seipz:sed creaturā liberā
do volebat cognosci saluatoz. Neq;.n.medic⁹ qz sibi mede
tur:medicus eē cognoscit:nisi erga lāguidos arte probet:sic
dns saluatoz existēs:nō habeat opus salutis:neq; descendē
do de cruce volebat cognosci saluatoz sed mozando.multo
nāq; maioze salutē moz saluatozis affert hoīb⁹ q̄ descen
sus de cruce. GRECVS. Videns aūt diabolus nullū eē
sibi defensaculū titubabat:⁊ quasi aliud nō valēs tētauit vl
terius ꝓpinari saluatozi acetū ad bibendū. Segtur.n. Illu
debant aūt ei ⁊ milites accedentes: acetum offerentes illi.
quod contra seipm facere diabolus ignorabat. Nam ama
ritudinem ire ex preuaricatione legis factam qua cunctos

detinebat saluatori prebebat: quā ille sumēs cōsumebat: vt vice aceti vinū det nob ī potū: qđ sapia miscuit. THEO. Obtulerūt aūt milites xpo acetū q̄si regi subministrantes: Sequit̄ .n. dicētes. Si tu es rex iudeorū saluus te fac. BE DA. Et notandū q̄ iudei vocabulum xpi scripture sibi au ctoritate creditum blasphemātes irridēt. Milites vō vtpo te scriptura nescy non christo sed regi iudeorū insultant. ¶ Erat aūt ꝛ superscriptio scripta sup eū lītis gre cis ꝛ latinis ꝛ hebraicis: hic ē rex iudeoꝝ. Unus aūt de his q pēdebāt latronibus blasphemabat eū dicēs. Si tu es xps: saluū fac temetipꝫ ꝛ nos. Rīdens aūt alter increpabat eū dicēs. Neq; tu times deū: qz in eadē damnatiōe es. Et nos qdē iuste: nā digna factis recipimus. Hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad iesū. Dñe memēto mei cū veneris in regnū tuū. Et dixit illi iesus. Amē dico tibi: hodie mecum eris in paradiso.

